

Johann Friedrich Boeckelmann Joachim Duncker

Inauguralis Disputatio De Momento Eiusque Causa

Heidelbergae: Walterus, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749829133>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (142.)

1. Festingius, de artificio Advocatorum.
2. Bathasar, de praerogativa juris germanici praerogativa romana in materia pactorum dotalium.
3. Sparmann, de praerogativa juris germanici praerogativa romano in materia pactorum dotalium in specie invalidorum.
4. Inenord, an Creditoribus patroni megapolitani subordinati competat jus venditionem juris patronatus impediendi aut perfectam jam venditionem rescindendi?
5. Waidschmidt, de superfactatione falso praetusa.
6. Hahn, de Fideiussoribus.
7. Hahn, de jure patronatus ecclesiast.
8. Kulm, de accessu aeris per pulmones in sanguinem Dubio.
9. Heegius, de titulo mania eruditorum.
10. Stryer, de officii necessitate.
11. Homberec zu Hous, de foro rei sitae ejusque amplitudine apud iudices germanos et de lūdala in eodem per arrestum juris dictione generatim
12. Stryer, de dispensa utriusque desponsatorum.
13. Schwenden d'offen, de privilegiis virginum.
14. Redegern, diss. analytica secunda ad Institutiones affini-
anae.
15. Redegern, diss. analyt. tertia ad Inst. Joffin.
16. Redegern, de advocatis.
17. Redegern, de interesse.

18. Federon, ad leg. III. C. de crimine sacrilegii
19. Federon, ad diffut. de accessoriis
20. Federon, de accessoriis
21. Federon, ^{ad} diff. de exceptione P. C. Auerdon.
22. Federon, except. P. C. Vallejan Auerdon.
23. Federon, ad diff. de solutio in salutem
24. Federon, ad diff. de Anathis,
25. Broctes, de Pomponio historiae litterariae igae-
rio. Federon
26. Rudolphi, de cessione honorum.
27. Federon, diff. analytica prima, ad Fass. Guffin.
28. Gysler, de haereditate iudicialium possessoriorum
Lacii
29. Gysler, De revocatione electionis.
30. Carmon, de remunerationibus principum erga mi-
nistros, prae primis ad bene merita.
31. Zennemann, de abusu, et quorundam opinionum
communium, quae juris prudentiae praeiudicium forent
carunt vanitatibus, pentas una.
32. Gysler, pietatem et ac iustitiam remedium circa
inurias dei.
33. Krebs, de praefecto urbis romano.

156
48
INAUGURALIS DISPUTATIO

DE

MOMENTO

EJUSQUE CAUSA,

Quam,

SANCTISSIMI NUMINIS OPE

EX DECRETO ET AUTORITATE

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI

CTORUM ORDINIS IN ANTIQVISSIMA GERMANIÆ ET

INCLVTA ELECTORALI HEIDELBERGENSI ACADEMIA

MODERANTE

VIRO NOBILISSIMO EXCELLENTISSIMO

ET CONSULTISSIMO

DN. JOH. FRIDERICO

BÖCKELMANNO

J. U. D. ET PROF. PUBLICO

Honorando studiorum suorum PROMOTORE

PRO LICENTIA

SUMMOS EOSQUE NOBILES IN UTROQUE

JURE HONORES, INSIGNIA ET PRIVILEGIA

DOCTORALIA *rite consequendi,*

Publico Eruditorum examini ffitit

JOACHIMUS DUNCKERUS

STRALSUND. POMERAN.

In Auditorio Jctorum ad d. 4. Octobr.

HEIDELBERGÆ,

Typis ÆGIDII WALTERI, Acad. Typogr. ANNO M DC LIX.

IN UNIVERSALIS DISPUTATIO

MOMENTO

ET IUSQUE CAUSA

DE IUSTITIA ET INIUSTITIA
AUCTORITATE ET POTESTATE
MAGISTRI JOHANNIS FRIDERICI
MAGISTRI JOHANNIS FRIDERICI
MAGISTRI JOHANNIS FRIDERICI

DR. JOH. FRIDERICO

OKELMANN

DE IUSTITIA

PRO MICHIELI

PRO MICHIELI

JOACHIMUS DUNCKERUS



L. S.



Naugurale thema scripturo mihi varia
occurrebant, quæ diversum huc illuc traherant ani-
num. Plerisq; ingentes placuere Commentarii, (ne illi
post Homerum Iliada) aliis succincti labores. Sed nec o-
mnis prolixitas perspicua, nec omnis brevitatis obscura.
Ita sane exculta est omnium scientiarum doctrina, ut ne do-
ctissimis quidem, quid addant, liqueat. Prompta est ad edendas novas for-
marum causas natura, promptior ad ipsas explicandas omnis ferè ætas, ita
ut nihil jam dicatur, quod non dictum sit prius. Sed nec illud placuit, quod
plerique soli Iurisprudentia Civili, neglecto publico jure inhereant, &
quærendo apices & abstrusa veterum, nimium à foro recedant, & nobi-
lissimam illam pariem faciant speculativam. At omnis studii nostri finis est
ipsa praxis, & mutuus est ætissimiisque utriusque nexus. Nec ingenium &
vires ostentare, sed quid in ipsis rerum momentis obtineat, ostendere, hoc
est verè philosophari. Functionem publicam aliquando promittit Impe-
rator sacratissimus, ubi cupida ll. juventuti nobilissima hæc commendat stu-
dia, ad quam, ne qui minus compositi accedant, (quos asinos ad lyram vo-
cando insigniter notant Carpz. in Præf. ad lect. com. d. l. Regia. & Lymn.
in Dedic. ad Ius public.) juris publici quodammodo habenda est cura.
At cum omnibus retrò seculis nil familiarius litigiosâ possessione fuerit, nec
hodie in usu esse deserit, maxima ubique exinde turba. Tantum est id,
quod meum & tuum dicimus. Scilicet cum ex scorbuto omnes omnium ge-
nerum morbos oriri velint nonnulli Medicorum, principiis huic mali ut ob-
stent seridè enituntur. Idem Imperatorum nostrorum labor. Principiis ob-
viare, quam causa vulnerata remedium querere maluerunt. Hinc est,
inquit Rex Theodoricus, quod sacra legum reverentia reperta est, ut nihil
manu, nihil proprio ageretur impulsu, quid enim à bellicâ confusione pax
tranquilla distat, si per vim litigia terminantur? quam faciunt, qui quod
sibi debetur, per Judicem non reposcunt l. 13. ff. quod metus causa. Ex-

A

mium

(2)
mum inde momenti beneficium. Primò itaque per causarum genera quid
constitutum sit civibus, Civili, Pontificio & hodierno jure, postremò, quid
deficiente Judice liceat, natura, divino, gentium & publico videbimus. Fe-
lix erit iter, quod secundum Legislatorem in Proëmio instit. & l. 2. C. de
offic. præf. præf. Afric. ingredimur.

I. N. E.

PARS PRIMA.

CAPUT I.

*Etymologiam, Homonymiam, & Synonymiam
Momenti exhibens.*



Momentum quasi movimentum, quod &
momen dicitur Lucretio à movendo, & propriè signifi-
cat motum trutinæ, quo examen ex aginâ ad alteru-
trum pondus inclinat. Corvin. in Lexic. voc. moveo.
germanicè, *der Aufschlag auff der Wage* / unde res-
parvi aut magni momenti Livio; sumitur pro quovis
exiguo tempore, quod motu palpebratum absolvitur,
germ. *ein Augenblick* / cujus quidem indagatio Physices scrutatoribus
competit. Sed & ll. nostris non inconveniens est hæc momenti accep-
tio, quâ horæ & articuli temporum computantur. Sed illa interdum
est strictissima juris nostri autoribus, & consistit in *ἀτομος* seu brevissimo
& indivisibili tempore, ut l. 3. §. 3. ff. de minor. 25. ann. ubi ætas mino-
ris computatur de momento in momentum. Sic legati relictæ domi-
nium ne momento quidem apud hæredem manere dicitur l. 9. §. 5. ff. de
pecul. Interdum momenti significatio est latior, & consistit *ἐν πλάτει* cu-
jus elegans est descriptio in l. 12. §. 2. ff. remrat. hab. videlicet cum laxa-
mento & amplitudine, & cum quodam spatio temporis nec maximo nec
minimo, & quod magis intellectu quam elocutione exprimi possit l. 13.
ff. de solution. sic ea quæ sæpius fiunt, per singula momenta fieri dicun-
tur l. 3. in fin. ff. ut in possess. legat. huc spectant computationes temporum
& horarum, quibus hæc in 60. minuta seu momenta dividuntur. Accur-
sius

sius nescio quo calculo decem constare momenti punctum putat, horam
 quatuor punctis. Interdum latissima vox est, quâ momentum longiori
 tempori opponitur. In *lege 3. C. de feriis*, occasione momenti perire di-
 cuntur, quibus integra dies sufficit. Sic tugurium momentaneum ex-
 trudere licet in littore, sic momentaneè Judex cessat Grotio. Sic & mo-
 mentanea possessio, quæ brevis est & stat in ambiguo. Usitatam hanc
 esse momenti significationem Jctis, & familiarem, & quidem absolute
 positam, notissimum est. Quæ enim rubrica Codic. Justin. *Si de momen-
 tanea possessione fuerit appellatum*, illa Codic. Theodosian. *Si de momento
 fuerit appellatum*. Dicitur momentum hoc Hispanis *Interim*, Lusitanis
auxilii charta tuitiva regalis. Gallis *recredentia*. Italis *nova provisio, pro-
 visionale remedium* Batavis, Germanis *provisionale decretum, remedium re-
 tinenda possessionis, ex officio judicis nobili, summarissimum asinariû*, quod
profit etiam nudis detentoribus, qui asinam dicuntur habere possessionem.
l. 11. §. 1. l. 12. 13. ff. de petit. hered. Carpzov. Hahn. Clud. Budæo in *Pand.*
ad l. fin. d. Orig. Iur. lis vindiciarum vocatur. Jctis promiscuè causa mo-
 menti; momentanea seu momentanea possessio, celeris reformatio,
 Processus informativus, depositaria possessio, beneficium momenti &
 quæ sunt ejus generis alia, quæ videre est apud Gail. *l. 1. obs. 5. num. 3. 4.*
obs. 7. num. 6. per alleg. 11. §. Dd.

CAP. II.

De definitione & divisione momenti.

Definitur momentum, quod fit celeris litigosa possessionis alterutri
 partium ad tempus à judice facta adjudicatio. Doctiss. Cujacius *ob-
 serv. l. 1. c. 20.* aliter definit momentum per celerem restitutionem aut
 reformationem &c. motus *l. 14. C. de agricol. censit. & colon.* verum cum
 nimis angusta sit illa definitio, & ad ablatæ possessionis restitutionem re-
 stricta, non placuit. Latius sese extendit vox adjudicatio, generis loco
 positâ, cum plerumque de possessione vacuâ ut & de nondum amissa de-
 tur momentati beneficium. Dicitur autem celeris adjudicatio, quod illa
 maximè sit necessaria in momento, ne scilicet partes ad arma veniant.
 Cur enim ad arma & rixas procedere patiatu Prætor, quos jurisdictione
 suâ componere potest? Jctis in *l. 13. §. 3. ff. de Usufr.* Divisionem mo-
 mentum non recipit. Est enim unum idemque simplicissimum, Du-
 plex

plex quidem est Dd. iudicium possessorium alterum summarium, quod hodie mavult dici summarissimum, Hahn. Carpz. alterum plenarium Hartm. Pistor. l. 5. quest. 45. num. 20. Arnold. Vinn. ad Wesemb. x. uti possid. num. 5. in fin. Non autem hic volumus ordinarium illud possessorium sive plenarium, (beneficium enim momenti in hoc non cadit, quia sententia hic est definitiva, magni præjudicii, nec ullum post se relinquit remedium possessorium,) sed extraordinarium illud, sive summarium & summarissimum. Non quidem eadem sunt hæc summarium & summarissimum, multas enim differentias assert Grævius ad observat. Gail. concl. 6. conf. 1. num. 5. ad promiscuus verborum usus. Sic quoad ordinarium possessorium, non desectitur ab ordine juris & Processu iudicii, litis fit contestatio, plenæ probationes requiruntur &c. Quoad summarissimum non item, quod latius demonstrandum ubi ad formam momenti ventum fuerit. Nam in hoc nullo juris ordine servato maturè & summarie proceditur, quod quomodo fiat docet text. in Clem. saepe d. V. signif. Sufficit solâ facti veritate inspectâ absque sufflamine litis longiori, celeriter & quasi velo levato de simplici & plano procedere, cum res moram non patiat. Videtis Gailum 1. observ. 7. n. 5. text. in Clement. dispendiosa de iudiciis. Cæterum quatuor omnino in litigiosa possessione spectandi sunt casus. Aut enim 1. alter possidet per vim dejecto altero, aut 2. alter possidet, interpellatur autem vel turbatur in possessione, aut 3. uterque possidet vel possidere se dicit, aut 4. neuter possidet, & possessio est vacans. Primo casu, præter illam communem pœnam, quâ sibi ipsi qui jus dicit, privatâque autoritate id quod suum est esseque putat, aufert & reposcit per vim, dominii sui, creditive jus amittit, & si aliena res est, ætimationem ejus adversario cui eam eripuit, cogitur rependere. l. 12. §. ult. l. 13. ff. quod metus causa. Peretz in Cod. tit. quando liceat unic. per vim. tenetur hodie qualitibus & requisitis concurrentibus ex fractâ pace & vi publicâ. Nec videtur beneficium momenti desiderari, cum violator jam suâ ceciderit causâ, & bannum incurrerit imperiale. At spoliato per beneficium ex interdicto redintegrandæ possessionis succurritur, is enim ante omnia restituendus modo probet se possidisse. Vid. Constit. de pace publ. & plur. R. I. in Ord. Cam. Gail. laudatissimo tract. de pace publ. l. 1. obs. 3. ubi de requisitis & remediis. Secundo casu, quovis modo quis interpelletur aut possessionis quæstionem patiat per interdictum uti possidetis, defenditur, de jure

jure Civili; at in Camera impetratis super litigiosa possessione Processibus de momento cognoscitur, cujus beneficio gaudet, qui in possessione est. Nam altero possidente res sequestrari, nisi cum injuria possidentis non potest, etiamsi certus armorum metus subsit. Parti enim laesurae mandatis poenalibus de non offendendo sub poena bani inhiberi poterit aut res dividi, *arg. l. 13. §. 3. ff. de Usufr.* Tertio casu, cum uterque se de praesenti possidere dicit, per interdictum uterque arceri poterit possessione, aut si armorum metus, res litigiosa a Judice sequestrari. Quamvis enim sequestratio regulariter sit prohibita maxime in pecunia. *l. un. C. de prohib. sequest. pec.* fallit tamen in hoc & aliis casibus, nec satis datione impediri sed decreto Judicis contrario tolli potest. *l. 14. ff. de re jud.* Quae tamen sequestratio possessionem non aufert, sed sequestro custodiam rei litigiosae tribuit, ita ut tantum in possessione sit, possidere enim & in possessione esse, differre tratatitium est, cum illud sit juris hoc sit facti. *l. 3. §. f. ff. de A. v. A. P.* nisi possessio pro qualibet etiam nuda detentione accipiatur ut in *l. 9. ff. de R. V.* Postmodum summarie super causa cognosci poterit, ita ut qui vincat probationibus gaudeat beneficio momenti, salvo tamen possessorio plenario & petitorio. Quarto casu, possessione vacante, mortuo videlicet eo qui possedit, & utroque sibi ex hereditate jus asserente, Judex incerto utriusque iure, eodem modo quo tertio casu procedet. Praestat interdum rem litigiosam locare tertio, ut ex in mercedem praestet. argumento *l. 22. §. 8. ff. solut. matrim.* interdum ad aedem sacram deponi, maxime si res sit sui naturae sterilis. *l. 5. §. 2. ff. Depos. Vid. Ord. Cam. p. 2. tit. 21.*

CAP. III.

Differentiam specificam exponens.

Differt maxime momentum a reliquis remediis possessoriis, ordine, forma, sine & effectu. Momenti enim causa per implorationem officii Judicis nobilis in iudicium deducitur, nullo juris ordine servato. Nec tamen tumultuarie & hoc modo, ut ea quae tanquam substantialia processus jus naturale produxit, omittat, videlicet denegando defensionem aut contrariam probationem reo, Zanger. *de exc. p. 1. c. 2. num. 9.* praesertim cum favorabilior semper sit causa rei quam actoris. *l. 125. ff. de Reg. Jur.* nec Judex tam abbreviare possit aut debeat litem, ut probationes

A 3. nes

nes necessariae aut defensiones legitimae omittantur. *Clem. 2. de V. S.* sed ita tantum, ut sine figurâ & strepitu iudicii, absque libellis & litis contestatione, cum summaria causae cognitione per probationes leviores & semiplenas procedatur. *Ord. Cam. d. p. 2. c. 21 in fin. vers.* Und alsobald drauff summarie ohne jenigen Gerichtlichen Proceß, oder weitläufftge außführung der Sachen. Testes qui adducuntur reprobari non possunt, quamvis injurati argumento *c. cum in tua 27. extr. de sponsalib.* cum hic recipiantur probationes à Iudice ex officio ad sui informationem, non ad universae litis decisionem. *Joseph. Mascard. volum. 3. concl. 1369. num. 14. 15.* quod cum fit, standum etiam testimonio non jurato. *Carpzov. Jurispr. For. p. 2. c. 7. d. 15. n. 6. & seqq.* idque contra regulam *l. 9. C. de testib.* quin & testimonio singulari, cum aliâ unus testis nullus sit, ratio, quia valet in modum semiplenae probationis, praesertim si & aliæ conjecturae pro actore militent. *Carpzov. d. loc. def. 16 per tot. Mascard. vol. 3. concl. 1198. num. 25. 26.* Praeterea celerrimè hic proceditur veto levato, & sententia est interlocutoria, modici praesudicii, & quae facili negotio in possessorio plenario restaurari potest, est enim hoc momentum preparatorium ad possessorium ordinarium. *Marant. in spec. aur. p. 4. d. 9. n. 44. & seqq. Rauchbar. p. 2. quest. 6. num. 62. 63. & seqq.* Sic & actio momenti non recipit compensationem *l. ult. §. 1. ibiq.* *Gothofr. C. de Compensat.* quae tamen excepto deposito in omnibus tam bonae fidei quam stricti juris iudiciis admittitur. *§. 30. I. de A. d. l. ult. C. de compensat.* Plures differentias videbis in subsequentiis.

CAP. IV.

De Causâ Impulsivâ.

NON minimam esse gravis & boni Praesidis curam affirmat *Jctus in l. 13. pr. ff. de offic. Praesid.* in id incumbere, ut pacata & quieta sit provincia quam regit, idque non difficile obtineri posse, si sollicitè id agatur, ut malis hominibus provincia careat. At verò quid magis contrarium salutis publicae & tranquillitati, quam proprio ausu per vim sibi ipsi jus dicere? possidentem turbare? armis possessione dejicere? legitimis remediis non armis, si quam putas te adversus quempiam habere actionem, experiendum monet Imperator, imperat Magistratus auctoritas, Non est singulis concedendum, quod per Magistratum publice fieri potest,

potest: ne occasio sit majoris tumultus faciendi. *l. 176. ff. de R. I. Interdicta reddit Prætor, per quæ celeriter possessio reformatur, quia in controversiis sæpe contingit & cædes fieri, & vulnera infligi, & manus inferri. Theoph. §. 1. Inst. de Interd. cum non infolitum sit, ut disidentes in litigiosâ possessione pro libello enfem aut clypeos vel sævos offerant tridentès. Rauchb. p. 2. quest. 6. num. 66. Hinc tot interdictorum genera, & prohibentes vim facere leges, hinc & ipsum momenti beneficium. Is ipse quem diximus seditionum tumultuumque metus Constitutionibus Imperatoriis de causâ momenti ansam dedit, testante *Ordinat. Camer. cit. p. 2. tit. 21. verb. Zweiffliche und sorgliche Empörung / weiterung oder Aufruhr zu be- sorgen.* Pacis enim publicæ cura sancta semper fuit sacratissimis Imperii Romano-Germanici Principibus, plurimorum Recessuum argumento. Nec tamen quilibet metus huic Constitutioni locum facit, sed talis qui in constantem cadere potest virum, per vulg. isque certus, & de quo in genere Judici constat, verb. *Und des redliche Anzeig hette.* Faciunt huc minæ exque graves, non vanæ aut elusoriæ, ubi tamen maximè animadvertendæ sūt personæ, num fortean tales sint, quæ minas facile in effectum deducant aut olim deduxerint. *l. 4. pr. ff. si cui plus quam per l. Falcid. leg. Gloss. in l. 7. §. planè verb. modo cum ff. de hered. pet. Sed & æquitas hujus Constitutionis est causa impulsiva. Quamvis enim causâ momenti exigui sit momenti, & facili negotio reparari possit in possessorio plenario aut petitorio, tamen cum causâ possidentis semper sit melior, tum ratione fructuum, tum ratione exceptionum, & nemo ob contradictionem alterius vel occupatâ jam possessione vel ex æquitate debitâ privari debeat *text. in l. un. C. de prohib. sequestr. pec. ibique Dd. motus æquitate Judex, summarie cognoscet, cui indulgendum sit momenti beneficium. Æquitas enim semper Prætori ob oculos versari debet, l. 4. in fin. ff. de eo quod certo loc.* Et hæc ipsa est causa, ob quam regulariter in litigiosis sequestratio est prohibita.**

CAP. V.

De Causâ Efficiente

Maximam esse, uti dictum, possessionis commodum tum ratione fructuum, tum ratione securitatis, quâ possessor ab onere probandi relevatur, indubitati juris est, cujus cum inter veteres gravissimæ essent

conten-

conventiones, & sæpius ad arma & rixas res deveniret, summâ nonnunquam cum reipubl. pernicio, Prætor deficientibus juris Civilis remediis, prore natâ statim inter litigantes ex æquo & bono variè interdicebat, variasque interdictionum formulas proponebat quas in *Instit. tit. de Interd. & in latioribus ff.* libris persequitur Imperator, tantummodo tamen donec de ordinario iudicio causa plenius ventilaretur. Et hæc quidem quæ de Prætoris jurisdictione dicuntur, ad causam momenti efficientem spectant de jure Civili. Altera jure novissimo absolvitur. Divi enim Imperatores Carolus V. & Ferdinandus, cum pacem publicam sæpius violari animadverterent, dum plerique Statuum Imperii litigiosam possessionem armis occupare possidentesve vi dejicere conarentur, Constitutione quadam in Comit. Wormatiens. & Augustan. Anno 1521. promulgatâ. Anno 1548. revisâ, & Anno 1555. ampliâtâ malo huic mederi cœperunt. Sed & *Ord. Cam. p. 2. tit. 21.* egregiè hac de re disponit, eâdem quâ ipsâ Cæsarea Majestas curâ. Ortâ enim super possessione lite, vel ad implorationem alterutrius partis, vel si Status fuerint immediati, ipsorum subditorum, Camera Imperialis interdicerè poterit utrique possessione aut violentiâ, aut rem sequestrare, donec summarie cognitum fuerit & constet cui momentanea possessio adjudicanda sit, salvo tamen ulteriori possessorio plenario aut petitorio iudicio. Sed nunquid etiam ex officio Camera Imperialis aut Imperator, parte non denuntiante cognoscet? Certè, quamvis Judex officium suum non impertiat, nisi sit imploratus, cum iudiciam Cameræ sit nobilissimum, nec tantum quæ privatos & per consequens rem publicam, respiciunt, attendat, sed & quæ immediatè ad tranquillitatem Imperii faciunt, observet, hanc sibi curam imposuit, ut & ex officio suas interponat partes. Patet hoc ex Capitulatione Ferdinandi II. Francofurti juratâ Anno 1619. §. 3. verbis. *Sie/ (die Stände) bey allen ihren juribus, als erwöhltet Römischer König handhaben / schützen und Schirmen. verl. §. verb. Auch die Empörung und ungebührlich Gewalt/ gegen ic. aufheben abschaffen und dran seyn / daß solches / wie sich gebühret und billich ist / in künfftiger Zeit verboten und NB. fürkommen werde. §. 21. verb. So bald wie dessen in Erfahrung kommen / oder den andern Anzeig davon empfangen ic. per mandata sine clausulâ davon abhalten. §. 22. eadem ferè sunt, & §. 24. Processus de litigiosâ possessione non retardari, sed suo Marte decursuros. Hodie Ducibus aut Directoribus circulatorum den Krenß Christen ab Imperatore vel Camerâ mandari solet,*

let, ut confestim controvertentes coerceant, vimque fieri vetent, & nolentes aut contumaces cogant. Hanc enim esse ipsorum curam circumloquumque causam affirmant Juris Publici indagatores. Petr. Denais. in Jure Camer. tit. 212. verb. Pacis publicæ conserv. quem citat. Lym. tom. 1. l. 1. c. 7. num. 35. Non tamen simpliciter & absolute sed si justus armorum metus subsit. Et sic fuit observatum in causâ Civitatis Spirensis contra Episcopum Spirensis des Ensburchs halber auff dem Rhein/ & in causâ ejusdem civitatis die Gleids irrung belangend Anno 1549. Naturalem hanc constitutio sapit æquitatem, nec destituitur rationibus civilibus. Ulpian. l. 1. §. 3. ff. Vti possidetis si inter duos contendatur uter possideat, cum alteruter magis se possidere affirmet, tunc si res soli sit in cujus possessione contendatur, eos ad interdictum retinendæ possessionis, Vti possidetis nimirum remitti dicit, cujus tamen hic tantum effectus est, ut iudex prius pronuntiet de possessione, & uter possideat, ita enim fiet, ut qui in possessorio succumbit, in quæstione domini partes petitoris sustineat. l. 35. ff. d. A. v. A. Poss. add. l. 9. C. d. Transact. l. 6. §. 2. ff. d. Off. præsid. l. ult. §. 2 ff. d. Offic. procur. Cas.

CAP. VI.

Subjectum exhibens.

Subjectum momenti constituunt personæ de litigiosâ re controvertentes, quæ sunt Actores & Rei. Ratione fori actor tenetur sequi Reum per vulgaria. Est autem forum competens locus domicilii aut rei sitæ, idque procedit ubicunque in rem agitur l. 3. C. ubi actio in rem. nullâ autem mobiliū aut immobiliū adhibitâ distinctione. l. 1. l. 3. C. d. t. si enim de possessione momentaneâ, sive vi quis fuerit dejectus, sive non, quæstio fuerit, iudex loci pronuntiabit. l. un. C. ubi de possess. agi. d. port. Iam tamen ut personæ privilegiatæ suis gaudeant exemptionibus, ut Ecclesiasticæ foro Ecclesiastico, l. 25. l. 33. C. d. Episcop. & Cler. c. 1. d. foro compet. Militares foro militari l. 6. C. de Jurisd. omni. Iud. cujus tamen limitationes vid. l. un. C. in quibus caus. milit. for. præscr. uti non poss. De Clericis notat Mynsinger. cent. 2. sing. obs. 67. quod in mero possessorio Laicos habere possunt Iudices, cum possessio non sit spirituale quoddam: atque ita determinatam scribit causam Episcopi Herbipolensis contra Abbatem Fuldensis. Quinet. Guid. Pap. dec. 1. & 58.

B

in in-

in interdicto tam recuperandæ quam retinendæ possessionis cognitionem pertinere ad iudicem laicum, & ita observatum in curia Parlamenti Parisiensis affirmat. Cætera quæ de foro & iudicibus competentibus traduntur, huc non trahenda censeo. Agere possunt omnes qui vel iure gentium vel civili sunt domini. *l. 23. C. d. Rei Vind.* etiam si dominium ab iis abire speretur, uti si conditio legati vel libertatis extiterit. *l. 66. ff. d. R. V. l. 205. ff. d. R. L.* Inter hos maritus durante matrimonio. Nil enim refert ex parte actoris, naturaliter possideat an non. *l. 3. §. 3. ff. Vri possidetis.* Nam nec iusta possessionis causâ requiritur, dummodo antiquiorem possessionem probaverit. *l. 17. pr. ff. d. Acquir. v. amit. poss.* Hinc creditores, vasalli, Emphiteutzæ, Usufructuarii, precarii possessores, iudicium momenti intentare possunt, cum & ipsi iure civili adversus turbantes, cum interdictis tum & aliis remediis utantur. Sed & colonis, inquilinis, commodatario, depositario, procuratoribus, tutoribus, curatoribus, & cæteris qui non sibi & suo nomine possident, hoc remedio succurritur, quamvis propriè non possideant, sed aliorum nomine in possessione sint, quorum respectu & ipsis non ut propriè possidentibus interdicta dantur. *l. 1. §. 22. l. fin. ff. d. Vi & Vi armata.* propter metum enim armorum & sententiam modici præjudicii, etiam iis hoc remedio summè extraordinario prospicitur, & omnibus etiam illis qui aut vi aut clam possessionem ingressi sunt competit, quamvis iniusti sint possessores. *l. 1. §. 30. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. ult. ff. uti possid.* Sola enim hic sufficit detentio. Hinc est quod momentum dicitur asinarium possessorium, cum profit etiam nudis detentoribus, qui asinam dicuntur habere possessionem. *Clud. c. 6. num. 63.* Sed & in pluribus receditur in casu momenti à dispositione juris communis. Servi enim, quamvis de iure sint nulli, per vulgata, nec standi habeant legitimam in iudicio personam, nisi in atrocioribus. *l. 53. ff. d. iudicis,* de momento tamen agere possunt. Sic & minores, qui absque curatoribus agere non possunt, *l. 1. 2. C. qui legit. person.* actionem tamen momentaneæ possessionis rectè movent. Scotan. in *Exam. Jurid. ad tit. C. qui legit. pers.* (cum moram res non patiatur & celeriter sit expedienda) maxime si veniam ætatis impetraverint. In genere enim momentaneæ possessionis actio exerceri potest per quacunquæ personam. *l. 3. C. Qui legitim. pers. stand.* ita tamen ut excludantur qui ob defectum rationis auctoritate magistratus prohibentur, ut infantes, furiosi, mente capti & prodigi, quibus à lege bonis interdictum. Item ob pœnam delicti, ut moribus

ribus banniti à Cæsare vel Camera, non autem à statibus, Carpz. *quest.*
104. num. 26. quest. 103. 139. num. 49. Stam. lib. 1. tit. 2. c. 3. Jure Cano-
 nico hæretici & excommunicati, qui tamen ante probatam excommuni-
 cationem non rejiciuntur: exceptio autem ista intra octos dies proba-
 ri debet *c. 1. d. except. in 610.* Rei sunt in hoc judicio qui vel clam
 vel vi possident vel turbarunt. Possidere dicuntur qui tam suo quam
 alieno possident nomine & restituendi habeant potestatem *l. 9. ff. d. R. V.*
 Item qui judicialiter confessi sunt se possidere, litique se obtulerunt
 licet ne possideant *l. 45. ff. d. petit. heredit.* nisi actor non ignoret
 eos non possidere. *l. 25. l. 26. ff. d. R. V.* vel ii qui se obtulerunt, negent
 antequam res in judicium deducatur se possidere. *d. l. 25.* Item qui dolo
 malo deserunt possidere. *l. 69. ff. d. R. V. l. 131. ff. d. R. I.* Quod si ta-
 men possessor alium habeat in possessione & is conveniatur, nomi-
 nabit statim in judicio verum possessorem qui à judice ad certum termi-
 num vocabitur ut defensionem suscipiat, quo emanante edictalis cita-
 tio instituetur, & adhuc contumace summam cognoscet iudex, acto-
 remque in momentaneam immittet possessionem salvâ principali
 questione prout *l. 2. C. Ubi actio exerc.* plures ejusdem effectus enarrat.
 Sed quid si pendente judicio summarissimo res perierit? juxta distinctos
 casus in divisione questio erit resolvenda. Dolo, an culpâ vel casu,
 ante vel post litem institutam. Peracto judicio summarissimo ante
 judicium summarium si res perierit, eadem decisio erit. *vid. l. 6. ff. si*
Usufr. per. l. 25. l. 27. §. 1. ff. d. R. V. Si autem neget se posse restituere ut
 momentaneè possideatur? Dist. an animo frustrandi vel non. Potest
 enim eo nomine cautio exigi: *vid. §. 3. l. de off. judic.* ubi & de fructibus
 intermediis agitur. Possunt omnes omnino, qui conveniri possunt momen-
 ti actione peti, quin & minores indefensi, hoc enim favor possessionis
 & modicum sententiæ præjudicium elicere videtur quamvis nonnulli
 ipsi succurrere beneficio restitutionis putent, quod vix est ut admittatur,
 cum nec alia beneficia, veluti appellationis &c. momentum remorari
 possunt, ob summam ejus celeritatem *l. un. C. si de momentan. poss. fue-
 rit appellat.* hoc tamen non procedit in possessorio summario aut
 petitorio, ob certam restitutionem, *argum. l. 3. C. qui legit. pers.*
stan. in jud. ibique Garbosr. not. l. 3. Patitur enim hæc actio multa singu-
 laria. Perez. *in C. d. t.* Turbationem quod attinet, perinde est, quo-
 modo fiat, vi aut clam *l. 3. princ. §. 2. ff. uti poss.* aut etiam cultu-
 ram impediendo. Necesse tamen est, ut turbatio fiat in eo quem sum-
 mario

actor allegat soló, non in alieno, cum separatorum nulla sit illatio. *l. 3. §. 5. 6. ff. uti possid. Wes. in ff. uti poss. n. 5.* Turbat autem, qui v. ipse vel per alium turbat, turbarem mandat aut arti habet. *l. 11. §. 6. quod vi aut clam l. 1. §. 1. 3. 6. ff. q. jussu.* Usus an possessio turbetur perinde est, nam & qui minatur, tenetur, præsertim si possessor exinde colonos minus idoneos invenire possit, modo talis sit qui minas exequi solitus sit. Quantum ad Camera ratione subiecti, non fundatur jurisdictio Camerae, nisi personæ contententes sunt immediatè subiectæ. præter quatuor enim istos casus, quos in foro *auff die vier Fälle* vocant, *vid. l. 2. d. mandat. judic. c. 11.* quivè immediatè ad Cameram spectant, plures enarrat *SWanemannus lib. 1. Procef. Camer. c. 7. num. 2.* inter illos constitutionem super possessione litigiosa. Tria autem requiruntur ut hæc constitutio locum habeat. Primum requisitum est, ut partes immediatè subiaceant Imperio. Ord. Camer. *p. 2. tit. 21. verb. dem Heiligen Reich ohne mittel unterworfen.* Enumerantur autem in *d. constitut.* tres casus, quorum singuli in singulis paragraphis explicantur, & immediatè fundant jurisditionem Camerae, quorum secundus hic est. Si bona, de quibus lis est, sub diversis jurisdictionibus sita sint (*verb. nicht unter einem Herren oder Obrigkeit gelegen*) tunc enim ob causæ continentiam, res ad Cameram devolvitur. Ratio est, ne partes dum altera alteram ad diversos trahere iudices conatur, longius protrahatâ morâ ad arma procedant, cujus causæ solius ferè respectu hæc Constitutio composita est. Extra hosce casus nulli spectant ad Cameram, cum sint stricti juris, & propterea latius non extendendi, nisi fortean res litigiosa immediatè iudici ordinario subsit, & justitia denegata fuerit. Nam & hoc casu itur ad Cameram, cum al'as, ubi summa cessant judicia dentur Repressaliæ, de quibus videtur *c. dominus noster 23. q. 2. Bartol. & Jacob. à Canibus in tract. de Repress.* Secundum requisitum est, ut uterque se possidere contendat, & alter altero valentius jus habere putet *§. 2. daß sich ein jeglicher für einen Besitzer &c.* & paulo post, und *des redlichen Anzeig heete.* Tertium requisitum est, armorum aut alterius cujuscunque vis non vanus metus *d. Ord. C. tit. 23. und nach dem oftmahls der streitigen possess oder gewehr halber Spán und zu Zeiten Aufruhr und Widerwertigkeiten entstehen & in seqq. zu thätlicher Handlung Aufruhr / Behden / oder angreifen kommen.* Quod sit athen status sint, qui pro Austregis suis rem determinare possint, his salvum manet suum jus Ord. Cam. *d. p. vers. 2. in*

2. in fin. verb. Wo aber etliche Stände wehren die sonst derhalben rechtliche Aufträge zwischen ihnen herren etc. Quod si autem concurrentes contingat esse iudices, præventioni locus erit, quæ in civilibus regulariter quidem fit per litis contestationem, argumento l. 30. ff. de iudic. l. pen. ff. de iurisdic. At in causâ momenti, per solam accusationem aut citationem, cum in momento litis nulla fiat contestatio, Si socios contingat Iudices, major pars prævalebit. His ita concurrentibus Camera aut officio interdicit, aut rem sequestrabit, aut si supplicatum fuerit, decernet, quod petitum fuit in supplicatione. Petitur autem interdum vel sequestratio vel inhibitio per mandata poenalia aut alia interdicatorum remedia, uti factum in causâ Kosenburg contra Hohenloß Anno 1591.

CAP. VII.

Objectum Momenti exponens.

Latissimum est momenti objectum, ita ut ambitu suo complectatur omnes omnino res, tam divinas quam humanas, etiam eas quarum non est commercium, quæ sunt sacræ religiosæ & Sanctæ, quarum nulla vindicatio, & quæ nullius esse dicuntur, exceptis communibus plerisque, ut quæ in litigiosam possessionem cadere vetantur, aut de quibus non datur beneficium momenti ut tignum alienis ædibus junctum. Omittimus hic plurimas Jurisconsultorum quoad res divisiones. Mobilis sit an immobilis perinde est, nam & harum dari momentum dubium non est, confirmante Carpzovio & præjudicium adferente I. For. p. 2. c. 7. d. 11. Corporales quamvis propriè possideantur, in corporales non item, attamen & hæc sub litigiosa veniunt possessione, est n. ipsarum quasi possessio Ord. Cam. d. part. §. 1. v. 3. expressè probat *verbis die gewehr* / possessio vel quasi. item *verb. subseq. welchem Theil die possession vel quasi einzugeben.* Auctoritatem addit Carpzov. l. F. d. p. 2. c. 7. d. 11. dum injurium & rerum incorporalium dari quasi possessionem, & ex illarum causâ etiam interdicta retinendæ possessionis vel quasi competere asserit per l. f. ff. uti poss. l. 8. §. 4. & 5. ff. si servit. vind. l. 20. ff. de servit. præd. urb. c. 21. extr. de sentent. & re judic. c. inter quatuor §. extr. d. Major. & obedientia. Nec dubium est inter Magistratum & subditos obedientiam denegantes esse locum

B 5

momen-

momenti, præsertim cum egregie de illiusmodi casu differat *dict. esp. faborum d. sent. & rejudicata*: Vbi Episcopo Meldensi in quasi possessione obedientiæ Monasterii Attrebatensis constitutio, cum id ipsum inficiari non posset Monasterium, adjudicatur beneficium momenti, quæ assertio & inde magis confirmatur, quod inter Magistratum & subditos actio pro jurisdictione detur confessoria & negatoria realis, quæ est iudicii petitorii. Petitorium autem & possessorium ad invicem sibi respondent. Hartm. Pistor. l. 4. quest. 19. num. 8. Commune enim objectum momenti constituunt servitutes, jurisdictiones, & ejusmodi jura. Illa ut in questione de momento in questionem veniant, necesse est ut sint litigiosa, ad quod quævis turbatio & vis sufficit. Vis n. fieri tunc intelligitur, quoties rem nostram vel nobis debitam non per Judicem repetimus, quæ cum possit esse vel compulsiva aut expulsva, ablativa, turbativa & inquietativa, omnes rem faciunt litigiosam. Offensiva autem cum personam potissimum spectet, huc non pertinet, quod si tamen respectu rei quis verbis sit turbatus, præter actionem L. Dissamari poterit interdicto, & ex constitutione super litigiosa possessione agere. Armorum autem nomine omnia veniunt, quæ rell nomine significantur. Merum illud armorum ut Judex respiciat, necessum est, de quo ut saltem summarissime per missivam vel instrumentum desuper confectum certus sit, sufficit. Quin & si propria scientia ipsum de hoc certum reddat perinde est. Ord. Cam. d. p. t. vers. Ob aucti verb. *ausredlichen Anzeigungen*. Incumbit enim Camere, ut ex officio licet nemine denunciante prospiciat, etiam mandatis de non offendendo si nondum ad arma ventum sit.

CAP. IX.

Formam Momenti exhibens.

Duplex esse iudicium possessorium, ordinarium seu plenarium, & extraordinarium seu summarium aut summarium, ex verba dictis elucescit. In illo in omnibus ad amicum observatur processus, nec unquam de suo deficit ordine, in hoc non item. Dicitur autem plenarium illud exinde, quod plenum aserat præiudicium in possessorio, licet in petitorio reparari possit, Baldus Castrensis & alii in l. ordinari. *G. d. Reinzind.* Est enim sententia quæ fertur definitiva, eique soli statatur

stat in possessione, quamvis non desint qui putent contrarium, ex eo, quod ubi desinat possessorem ibi incipat petitorium, quorum sententiam non admittet commodum & emolumentum possidentis per *S. retinend. verb. commodum l. d. interdictis*. In momento possessorio seu summarissimo longè aliter proceditur, neglecto omni juris ordine. Ac non ita, ut quæ tanquam essentialia ex naturâ rei inquiruntur, qualia sunt petitio, citatio, probatio, sententia &c. omittantur, sed quod ordo in proponendo negotio non ita anxie attendatur. Scotan. in *Ex. jur. l. d. judic.* Et quidè quomodo de jure communi procedatur docet Castrenf. in *consilio suosatis eleganti 3. Vol. 2. vid. l. 3. S. 9. u. ff. ad exhib.* In Camerâ Imperiali hic ordo obtinet: Factâ inhibitione violentiæ, aut ad supplicantium petitum, vel ex officio sequestratione, certus per citationem comparationis terminus litigantibus præfigitur, in quo jura sua possessoria summarim per articulos proponant; Articuli illi si nimis prolizi, & plenarium potius spectent possessorium, aut rejiciuntur in totum aut in tantum, prout hoc ipsum legalitati judicis fuerit visum, non tamen prohibentur partes alios articulos processui momentaneo conformiores postmodum exhibere qui ut obtineant necesse est in judicio retinendæ, si actor dicat se turbatum, modum turbationis adjudicare, maximè si reus conventus id voluerit. Marant. *specul. aur. p. 4. d. 9. num. 47.* Et si alterutra pars contumax fortean fuerit per interlocutoriam injunget judex cum comminatione, ut certo aliquo die unâ cum nominibus, testium producant, quæ pro firmando suo possessionis jure facere putent. Exhibitis hinc inde articulis & cum iis testium & commissariorum nominibus, non respondetur ad articulos, non communicantur copiæ nec decernuntur, omisâ omnilitis contestatione, exclusâ omni reconventione: omnia eum in finem, ne longioribus ambagibus partibus concessis, via quædam detur & occasio ad arma redeundi. Et quamvis in omnibus summaris processibus juramentum calumniæ exigatur, text. in *Clement. sepe*, *S. citationem de verb. sign.* non tamen in summarissimo hoc, cum judex solam facti & rei veritatem inspiciat, nec sententia magni fit præjudicii sed facillimæ reparationis. Postmodum commissarii deputantur, commissorium communis est formæ, cum certo decisionis termino, qui tamen ex ratione rei & personarum æstimatur, nec ullas recipit dilationes. Deponunt desuper utrinque testes. Articuli autem probatorii quales esse debeant, non licet hic enarrare, cum tot sint, jurisdictionum, jurium,

rium, privilegiorum &c. variæ & diversæ probationes, quot ipsarum causarum species. Testium depositiones & attestata non publicantur, sed concluditur in causâ, eique adjudicatur beneficium momenti, qui Judici melius probasse possessionis jus visus fuerit, ita tamen ut succumbens nihilominus possit agere possessorio plenario aut petitorio coram competenti iudice, ad quem finito hoc processu remittitur, nisi immediatè perpetuent partis jurisdictionem Cameræ. Ordinem hujus processus ejusque modum monstrat *d. text. in clem. sapè d. V. S. d. l. 14. C. d. Agricol. & censit ibique Gloss. verb. celeri reformatione.* Formulam sententiæ Cameræ super momento consuetam ex Gaili *l. 1. Obs. 6. num. 5.* adjungam. **In Sachen momentanex possessionis das Gleiche in Orthen in aufgangen processen bestimbt / belangend / sich haltend zwischen A. an einem und B. ander theils / ist nach allem beydertheilen fürbringen zu recht erkandt / das gedachtem A. die possession vel quasi des beleihens bis an N. Orth / dergleichen bemiettem B. bis an solchen Orth die possession vel quasi libertatis & facultatis einzugeben / unnd beyden theil an berührten Orthen ein ander zu erzwaltigen und zu turbiren sich bis zu austrag des Rechts in possessorio vel petitorio, daß ihnen hiemit vermög der Ordnung (*Ord. Cam. p. 2. t. 21.*) fürbehalten sein soll / zu enthalten schuldig; also auch und dergestalt / die aufgangen inhibition gegen beyden theilen aufzuheben und zu confirmiren sey / als wir hiemit alles von Appellwegen respectivè ingeben verbieten / aufheben / confirmiren und des Gerichts Kosten dèßhalben aufgelauffen auß bewegenden Ursachen gegen einander compensiren / und dergleichen. D. N. W. sententia hæc nullam definitivæ litis vim habet, nec ultra momenti causam sese extendit, est enim merè interlocutoria, ad id spectans ut cessantè ulteriori turba, disidentes ad ordinarios competentisque iudices secedant. Et quamvis de processu juris civilis ob continentiam causæ petitorium sub eodem iudice instituat quo possessorium *p. c. 1. extra d. causa propriet. & possessor l. 13. C. de R. V.* modo tamen iudex capax sit; Aliâsenim, quamvis super beneficiis causâ possessionis coram laico sit ventilata, proprietatis tamen coram Ecclesiastico tractatur *Zoesius l. 2. decret. tit. 12. sum. 5.* Non tamen hoc procedit in Camerâ. Præterea quamvis in aliis judiciis ordinariis iudex superior, terminum ad exhibendum libellum in possessorio plenario aut petitorio litigantibus præfigere possit *Castreus d. conf. 3. num. 2.* eodem ferè modo quo olim Magistratus iudicibus**

dicibus pedaneis formulas præscribent certas, non tamen Camera idem facere poterit in præjudicium judicis inferioris & primæ instantiæ *vermögd der aufserdß*; finito enim hoc judicio momentaneo, finitur & jurisdictione Camera Gail. *cit. obs. 6. num. 6.* sed hoc invitis non volentibus procedit partibus, prorogari enim potest hæc jurisdictione per *l. i. l. 2. ff. d. judici & plures alios textus.* At de articulis, quos supra diximus, in quantum sint sublatis, vide omnino ultimum Imperii Recessum de anno 1654.

CAP. X.

Finem, Effectum, Cognata & Contraria Momenti explanans.

PRæterquam quod Præses provinciam intendat pacatam, & Camera Imperialis sartam tectamque velit pacem publicam cognoscendo in genere & summarie in causâ momenti, ne durante litigio & protracta causa diffidentes ad arma prosiliant, non minimam habet possessorum & possessorii commodi curam. Ob contradictionem enim alterius nemo suâ possessione privandus, & spoliatus ante omnia restituendus. Sed & finis cum effectu coincidit. Judicio enim hoc peracto cessat armorum tumultuumque metus & victor in quietâ defenditur possessione ejusque gaudet emolumento, beneficiis & comodo. Fit autem reus in plenario possessorio aut petitorio qui vicit hoc summarissimo nam illi per hoc nullum fit præjudicium, & finito hoc ad illud remittuntur partes. Et licet in plenario postmodum victor succumbat, nihilominus tamen quæ tempore possessionis gesta sunt ab eo, rata sunt validaque, nec per posterius judicium annullantur *c. pen. Extra de causâ propr. & possess.* Ubi beneficii collatio facta ab eo, qui tempore collationis erat in possessione conferendi, non invalidi datur ex eo, quod in causâ proprietatis collator succumbat, cum res inter alios acta, aliis non præjudicet. Covarr. *quæst. præct. c. 14.* Notabile est illud, quod, etiamsi de Jure Civili & Canonico in omnibus omnino causis appellare liceat *per l. 6. ff. l. 20. C. d. Appellat. Clem. unic. de sequestr. poss. & fruct.* Fallat in hoc momento, ita ut lata sententia sortiatur effectum, quamvis appellatio sit interposita *per l. unic. Cod. si de momentan. poss. fuerit app.* Ratio est, quia modici est præjudicii, & exigui temporis, quod momento comparatur. Perez.

C

in Cod.

in *Cod. si de mom. poss. appell.* Quod etiam sequitur. *Cam. Imperialis*, quæ appellationes quidem in possessorio plenario recipit, non autem in summarissimo momenti, test. *Gail. 1. Obs. 7. num. 7.* Sed nec jus Canonicum in totum recedere voluit *Dd.* ab hæc juris civilis dispositione, dum in omnibus possessoriis, facultatem appellandi tribuit; restringunt enim illam licentiam, non ad effectum suspensivum sententiæ, sed tantum devolutivum, ne quod beneficium, celeritatis inventum est, subdatur injuriis tarditatis, ut ait *l. 22. C. Theodos. quor. appell. non recip.* Potest enim etiam de jure Canonum sententia in summarissimo lata, non obstante appellatione, executioni mandari, nisi a superiori iudice inhibeatur: Quando autem hæc dispositio *l. unic. C. si de mom. far. appell.* cesset, egregie post Marantem Mynsing. *Cent. 6. obs. 13.* docet, nimirum tum, cum & ipsum possessorium magnis præjudicii & difficilis reparationis, qualem esse dicit in possessoriis nemorum aut aquarum, & similibus, quæ inter universitates & communitates agitari solent, quia ut plurimum, cum propter temporis antiquitatem non existent instrumenta dictionis territoriorum, per quæ probari possit petitorium, se fundant in solo possessorio. Quotidie istiusmodi casus obvenire ibidem asserit, & dignos esse notat, quin & pronuntiatum ita in causâ *der Reichharten Gebrüder contra Breitenwinder Anno 1551. vid. Mär. p. 6. n. 295. usq. n. 305. inclus.* Cautionem ut victor exigat de non offendendo amplius, non videtur necessarium, cum mandatis prenalibus sub pœnâ banni, satis sibi prospicere possit: Sed vi ipsius sententiæ & enarratæ à nobis formulæ, tenetur victus quiescere. Respectu n. victoris tollitur inhibitiō *verb. die außgangne inhibition gegen beeden theilen auffheben* / Cum iniquum sit, ipsum pendente possessorio plenario suæ possessionis commodo privari. *c. cum teneamur Extra. d. Appell.* Respectu vero victi confirmatur *verb. sententiæ: und zu confirmiren, als wir hiemit alles von ampis wegen respectivè ingeben/verbieten/ auffheben / confirmiren, &c.* ut interim victorem rem litigiosam possidere permittat, usque dum aliud decidatur ordinario possessorio. Affinia huic momento plurima sunt remedia, ut interdicta adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis, beneficium ex cap. redintegrandæ. Actiones confessoriæ & negatoriæ, iudicium possessorium & plenarium, petitorium. *vid. c. conquerente 16. d. offic. jud. ordin. c. inter quatuor 8. d. major. & ob 8. præjudiciales. 13. I. d. Act.* Memento nil tam contrarium, quam spreta publica juris viâ, privatam iudicium quod

vi &c

videt armis exercetur. Furorem & audaciam illud appellant Imp. Valent. Theod. & Arcad. in l. 7. C. Unde vi & gravioribus persequuntur pœnis, quas præter ea, quæ supra adduximus, ibidem videbis.

P A R S I I.

Viduum jam est, quo pacto juris Romani legibus, sanctissimisque Imperii Romano-germanici constitutionibus remedia quæri possint, ad rixas & arma profluentibus iis, qui de litigiosa possessione contendunt. Nec enim adeo proclive fuit judici civibus leges ponere. At verò ubi deficit iudicium, ubi pro libello ensis, ubi pro articulis possessoriis sævè offeruntur tridentes, difficilius longè res est, quam ut à Prætoribus audiatur. Rauchbar. p. 2. quæst. 6. numer. 66. Quod autem seculis retrò superioribus per avorum memoriam nostroque ævo majus malum, quam inter personas humanum excedentes iudicium iusto sæpius de dominiis, Jurisdictionibus, possessionibus, finibus, reditibus &c. summo cum Reip. malo, interdum & everfione contrahitur; quibus si leges figeres, id ageres, ut cum ratione insanires, cum & extra territorium & supra jurisdictionem nulla sit autoritas. Major quidem in illis armorum, certiorque ex minis metus, non tamen undique res desperata. Nam & jus naturæ, & quod gentibus tacito consensu intercedit simplex quod scripto deest; Descendamus itaque in interiora populorum jura, tremendosque processus, non ut leges rogemus, sed ut, quid litigiosa hic possessio, num aliquod hic momenti beneficium, quid superioribus seculis gestum, quantum ad Romanas leges accessum, videamus.

§. 1. Deficit iudex vel negativè vel privativè, hoc modo privatis, illis publicis personis. Privatis deest vel momentaneè, cum periculum, non admittit adire iudicem, vel continuè, cum videlicet in locis desertis & ἀπολίτοις, aut ubi iudex cognitionem recusat, subditivè sententiam exequi refractariè prohibent. Quolibet modo, cum naturaliter quilibet sui juris sit vindex & ad id manus datæ, manere tenere possessionem, aut amissam repetere licet, lex enim quæ conlequi suum, nisi per iudicem, vetat, cessante iudice cessat, in tantum, ut priori modo, si non jus, certè impunitas detur illis, qui & ipsi in discrimen vitæ adducti, dum sua tventur aut recuperant, alterum occidunt. Quo & ipsa lex Hebræa Exod. 22. vs. 2. respicit, nec

non 12. tabb. canon, si nox furtum faxit si im aliquis occisit, jure casus est o.
 Metus enim & favor patientis, vis & odium agentis majorem ordinariâ pœnam tam divino quam civili jure statuere. Posterioribus modis, quamvis non modicæ authoritatis Theologi & JCI licitam necem spoliantis affirmant, etiam extra limites legis divinæ & civilis, non tanta tamen nobis videtur jactura rerum, ut vitâ redimatur ejus, qui, quamvis hostis, tamen homo est. Summos nihilominus necessitatis casus excludimus, qui certissima ex amissione rerum mala, famem aut necem subsequituram inferunt, quæ cum in prioribus nascentis humani generis seculis exclusa essent, utpote nullo rerum dominio ejusque distinctione introductâ, omnibus communibus, & ipsa defensio rerum cum interneccione aggressoris exclusa videtur. Reparari enim facile amissæ possessionis damnum poterat, occupatione alterius alicujus vacui, quod satis liquet ex historiâ sacrâ in vitâ Isaac, ubi de litigiosâ inter ipsum & Palæstinos agebatur puteorum possessione Gen. 26. vs. 18. 19. cum seqq. uti & eod. cap. vs. 16. & Gen. 13. vs. 6. 7. 8. 9. & seqq. Cum dextrorsum & sinistrorsum agri paterent vacui, non convenire sibi de possessione litigia sanctissimus patrueli Lotho affirmat Abrahamus; scilicet intantâ rerum copiâ & quasi communione, quarum si non proprietas, certè usus possessionisve furtum fieri potuit quod ipsum & Romanæ agnoscunt leges. Ast verò post introducta rerum dominia, multiplicatos in immensum homines, positosque arduiores fundorum terminos, non tam facile ceditur jure suo, maxime cum exinde nobis nostrisque summa imminet egestas & pauperies, quo casu prætorem villicum, qui colono vaccam, (quam is habebat unicam, fecundissimam, maximi uberis multiq; lactis, ex quo cum universâ familiâ vitam trahebat) cum sequiori permutare recusanti, invito abegerat, capite punitum à Comite annales referunt Batavorum. Nimis forte dura, at non absimilis sententiâ hæc est illi, quam sibi ipsi παραβαλῆκῶς peccator tulit David, 2. Samuel. 12. vs. 3. usque 6.

§. 2. Non tamen semper deficiente judice ad manus deveniendum, sed si ipsius copia aliquando futura speretur, aut res litigiosa dividenda, aut sorte vel arbitrio vel compromisso quærendum, cui beneficium momenti indulgeri debeat, salvo postmodum possessorio aut petitorio plenario. In omnibus autem iis, in quibus absque judice se suumque vindicare lex permittit. rot. tit. C. quando liceat unic. fin. jud. se vind. v. p. d. sic procedendum, ne à præcepto Christi recedatur

cedatur, qui *Matth. 5.* litigaturo de tunicâ etiam pallium concedi jubet, tanquam rem levis jacaturæ, eodem sensu, quo injurias tolerare absque vindictâ, quo nec jurare, nec mutuum renuere præcipit. Multum enim humanitati, multum alienæ miseræ dandum, ita tamen, ut pro circumstantiarum ratione ordinatus à se ipso incipiat amor, qui quopactò sit temperandus, infra videbimus, ubi de modis in litigiosa possessione bellum evitandi erit differendum. Et sic quidem naturaliter unicuique judicium permittitur privatum, publicum enim quod est, non à naturâ sed factò humano constitutum est, quod deficiente, res naturalitati suæ relinquitur: censetur enim natura dare jus ad omnia, sine quibus obtineri non potest quod ipsa imperat. *Subtilissimus Hugo Grotius passim* in stupendi laboris opere. *d. I. B. & Pac.* At extra hosce summæ necessitatis casus, & personas iudice destitutas, omnem improbamus monomachiam, omnem privati iudicii violentam disceptationem, omnia duellorum genera, utpote naturalibus, divinis & humanis legibus adversa, imprimis quæ pro virtute, honoribus, præmiis, famâ, exceptâ vitâ & castitate, suscipiuntur, quamvis non sint hujus loci, de quibus tamen si placet, videri possunt. *Alciat. d. singul. certam. Bocer. d. bello & duel. Goldastus, Lymnæus &c.*

§. 3. Usitatissimum fuisse gentibus hunc dirimendis litibus modum ex plurimis Historicorum locis patet. Germanos nostros *Vellei. Paterc. l. 2. circ. fin.* gratias egisse ait *Quintilio Varo*, quod lites Romanâ justitiâ finiret, feritasque sua incognitâ disciplinæ novitate mitesceret, & solita armis discerni, jure determinarentur. Scilicet in nullâ iudicium coërcitione, (quam in Aboriginibus & Getulis affirmat *Sallustius*) cruentos & ferales privatorum processus ipsa barbaries odisse coëperat. De septentrionalibus populis refert *Saxo Grammat. Hist. Dan. lib. 5.* Præceptum fuisse à *Frothono Rege*, (*Augusto Cæsari* coëvo) ut duellis lites dirimerentur indistinctim. De *Scytis* *Herodot: l. 4. c. 65. &c. 180.* ubi de *Virginum* certaminibus apud *Lybios*, (qui circa *Tritonidem* paludum agunt) probandæ virginitatis ergò.

§. 4. Hanc quam privatis privativè cessantibus iudiciis potestatem tribuit jus naturæ, eandem & majorem quodammodo, in casu negativo publicis concedit personis, quippe quibus non tantum est jus proprii iudicii, sed & vindictæ. At verò contendere solent vel publicè utrinq; personæ, vel publicæ cum privatis & vice versâ. Hoc modo

Abrahamus armatâ manû Lothum cum universâ re familiari vindicavit, quamvis in ipso Abrahamo laxior videatur potestas, quæ non concedenda privato absolute, nisi certis limitibus & jus resistendi dantibus circumscripta sit superiorum potestas. Cruenta fuit Nabotho lis cum Achabo & Hiesebel de vineâ hæreditariâ, quâ & vitam simul cum fundo amisit, quamvis tanta Tyrannis regiæ familiæ proprio sanguine & horrendo steterit interitu. Satius tum fuisset & consultius, de suo cedere jure, quam potentiorum iras in se concitare.

§. 5. Et quamvis difficillimum sit, contra potentiores litigare, *l. 3. in pr. ff. d. alien. jud. mur.* cum ipsorum opes plurimum valeant, quo minus judiciariæ lites suo decurrant Marte *l. 1. C. ne lice. poteur.* non tamen omni destituuntur ope, qui in Imperio nostro de litigiosâ possessione, vel quasi, etiam cum summis contendunt. Ipse enim Imperator summum Imperii caput coram Palansgraviis (immortali cum decore Palatinatus) convenitur, nec, quod alii volunt nomine Principali aut Comitivo, sed ipso Imperatorio, tam in allodialibus, quam Feudalibus. Antiquissimæ conventionis consuetudinisque hoc est vinculum, firmatum autoritatæ Aureæ Bullæ Caroli V. *c. 5. in fin. vb. Et quamvis Imperator sive Rex Romanorum, &c. Spec. Suevic. l. 2. §. 43. v. 6.* wenn die Fürsten den König wollen beslaggen / wenn er ihnen wider Recht thut / des sollen sie thun für den Pfalzgraffen. Item der Pfalzgraff am Rhein / ist zu recht Richter über den König / und davon hat die Pfalz viel Ehr. De loco Judicii non convenit inter interpretes, est enim polysemia Curix aut Curtis significatio. Sigonius longè ante Carolum usitatum fuisse affirmat. Imperatorem in Comitiiis conveniri. *§ lib. 7. d. Regn. Ital. p. 183.* memorabile recitat judicium quo ipse Imperator Otho & Maria Augusta agebantur rei. Vidua erat quæ accusabat, ignitum candensque ferrum supplebat quod deerat probationi. Imperator convictus vadimonium petabat, Augustamq; sceleris autorem igne cremari jubebat, luculento satis justitiæ divinæ documento. Nil agunt, qui dubium hoc faciunt Palatinatui. Imperator Fridericus Austriacus, privilegia Helvetiorum rata habere noluit, ni causa aut ab Arbitris decideretur, aut à Præfecto Prætorii Rhœnani, ubi omnis Imperatoris causæ ex privilegio ventilarentur, decideretur. *Gerh. de Roo. l. 5. Histor. Austr. pag. 164.* quæ citat Lymæus. Nullam tamen exinde vim patitur Imperatoria eaque summâ Majestatis. Non enim videtur partem Imperii retinuisse, sed naturalem

fal

saltem facultatem aut libertatem, exemptamque regio Imperio, qui ita pacificatur, ut liceat aliquando convenire. Liberum est alienanti, jus suum pactis imminuere. Reges soluti sunt legibus, at iisdem tamen vivunt. Aliud est subiacere potestati, aliud ex conventionem parere. Quia major minoris Jurisdictioni voluntariè subijcitur. Rex Galliarum supremo quod Lutetia est Parlamento. (Quod nimium dum extendunt Britones, stigma inurunt seculo.) Saxones Electores curiæ Lipsienſi Duces Saxonie suis Curia provincialibus. Rex Bohemiarum certis in Silesia Judicibus & quidem iis, qui præſunt iudicio Vraſlaviensium. Austriaci, à subditis conventi, nobili alicui, quem iudicem delegerunt. Lymn. *ib. v. l. 3. c. 9. v. 43.* Reliquorum Principatum ratione ipse Imperator Camera agnoscat iudicem, unde decantata nobis formula, quæ Carolus seipsum citat tanquam Austria Archiducem: *Wir Carl. ic. Römischer Kayser / entbieten dir Carl Erzhertzogen zu Oesterreich.* Nec dubium est quin hoc casu momenti detur beneficium, cum ipsa constitutio de litigiosa possessione fundet Jurisdictionem Camerae, per ea quæ in prima parte adducta. Sed & ne quæ vis fiat Statibus Imperii super litigiosa possessione, ab ipsis Imperatoribus aut aliis ipsorum nomine saluberrimè cautum est Capitulat. Imperatoria Ferd. II. *vs. 25. & 26. vb.* *Selbst nicht vergewaltigen / noch anderen ic. Ausruhr Zwietracht zu verhüten / ic. zugehörund gebührlichen rechten kommen lassen. vid. & seqq.* Tam religiosa semper fuit Romani nostri Imperii securitas regni Proceribus tamque concinna capitis & membrorum harmonia. Et hæc quidem sunt ea, quæ inter potestates & quovis modo subiectos super litigiosa obtinent possessione, in quibus quantum utrique liceat longa nimis atque ardua est quaestio. vid. sublimis iudicii Grotius d. B. *& Pac. l. 1. c. 4. n. 8. 9. 10. cum seqq. & not. ibid. adj.*

§. 6. At vero ubi utrinque potestates summæ contendunt, ubi nec legum est vinculum nec reverentia, horrendis dirimuntur lites libellis. Bellum est processus, cujus innumerâ sæpè hominum stat cæde definitiva, ipsa quamvis non iniusta, per se tamen miseranda. Bellorum mala hic enumerare longum foret & supervacaneum, utpotè rem recentis & quotidianæ memoriæ. Vid. Augustin. *de civit. Dei l. 4. c. 15. l. 19. c. 17.* Certè Deus à Davide extrui noluit Nomini suo Basilicam. Nimium ipsi cruentas, quamvis bella Dei gerenti fuisse manus, ipse sacer textus affirmat; Purissimas quippe mentes exposcit sum,

summum illud Numen, in quod nulla cadit macula. Hinc est quod dicitur: nil tam regium, quam curare salutem omnium quæ pace continetur. At quamvis interdum bellare ipsa Sacra Litera teste sit necessum, non quidem absolutam necessitare, sed consequentiam, omni tamen nisu est fugiendum bellum etiam non injustum. Et ne quid juris patrii ignoretur summam hanc fuisse Proceribus nostris curam patet ex pluribus Imperii Reecessibus & constitutionibus, imprimis ex d. Capitulat. Ferdinand. II. Imp. §. 9. cujus verba hæc sunt; Wir sollen und wollen uns darzu in Zeit bemelter unser Regierung Fried- und Nachbarlich / gegen den anstossenden unnd Christlichen Gewaldren halten / kein Gezantel Fehde / noch Krieg in oder ausserehalb des Reichs von desselben wegen anfahren oder vornehmen / noch einig Fremb Kriegs- Volck ins Reich führen / ohne Vorwissen Rath und Bewilligung der Reichs- Ständ / zum wenigsten der Sechs Churfürsten / Quod & magis confirmat §. 6. ejusd. Capitulat. ubi in fœdera quidem cum exteris pang. cavetur, nisi sub consensu Electorum in Comitibus requisito. *verb.* Wir sollen und wollen kein Bündniß oder Einigung mit Frembden Nationen machen. Jurata hæc sunt promissa tactis Evangelis & Sancta cruce. Testis & vindex invocatus Deus, exinde minor bellorum in Germaniam metus. Contra si factum, nullam a Statibus subsidium, ut ut, quæ ipsis irrequisitis recuperantur ditiones Imperii, cedant in augmentum patrimonii ipsius Imperii, quod patet ex §. 31. *dict. Capitulat.* Wo wir aber ohne der Churfürsten und Stände wissen und willen etwas fürnehmen / darinnen sollen sie uns zuhelffen unverbunden sein &c. Omnium quippe debebat esse placitum quorum eadem fortuna erat futura.

§. 7. At jam quænam sit litigiosa possessio, de qua feralis illa feratur bellorum sententia, videndum. Amplissima est & tot generum, quot in mundo sunt dominiorum species, quot Regnorum Jurisdictionum, Jurium, finium reddituum, &c. possessiones vel quasi. Non certè sub litigiosam possessionem cadunt, communia quæ sunt omnium, & propter immensitatem suam occupari non possunt, ut mare liberum quod itidem dicitur Oceanus. Grotius *d. mare lib.* Risit Neptunus Xerxis compedes, injectasque fluctibus catenas, risit & Luculli moles aliorumque spicula. Longè diversum est, cum de mari Balthico, Adriatico &c. controvertitur. Non enim de proprietate hic, sed de Imperio disceptatur. Res quæ aliorum factæ sunt, inter-

interdum litigiosi nomen recipiunt, in casu summæ necessitatis. Quo tamen melior est possidentis causa, si ipse indigeat, non si alteri utilitas indulgeatur innoxia, aut alia ratione consuli possit. Ubi enim jus emendi non conceditur ibi quæ necesse habemus, sumimus non ex protervia sed ex necessitate. *Xenoph.* Sic ubi navibus omnino opus est, utimur quas fortuna obtulit, quamvis alienis, salvis mercibus, & rectoribus justo persoluto pretio.

§. 8. Res derelictæ non videntur litigiosæ, uti nec pacto aut transactione alienatæ, quamvis exceptionem quod metus causâ opponas. Bellum enim sive infers sive excipis, fortunæ subis aleam, quâ jactâ, tacite in utriusque fortis legem compromittere censeris & consentire. Victus à victore leges accipit. Et moraliter coacta voluntas etiam est voluntas. Quin & nunquam prisca rediret tranquillitas, si transactiones & pacta quasi metu facta rescinderentur omnia. Sanè si ipse metui causam dedisti, non videris damnum sentire, quod tuâ sentis culpâ.

§. 9. Injustè qui invaditur nunquam amittit jus recuperandi sua, quamdiu durat injusta invaloris possidendi causa, quamvis pactis aut possessione longâ aliquod jus possidenti acquiratur. Obstat enim semper invaloris mala fides, & id quod *Scytæ Alexandro: Tu omnium gentium, quas adiisti, Latroes.* Obstat restitutio in integrum, quam nec naturæ nec gentium jura adimere videntur iis, qui vim injustam passi sunt. Contrarius est *Victor. de pot. civ. num. 23.* Lessus. Suarez.

§. 10. Quantus autem sit longæ ejusdemque immemoralis possessionis ex jure gentium circa Imperia favor, non hujus loci est explicare. Jephtha sane Regi Ammonitarum objecit trecentorum annorum possessionem, quod apparet ex *Sacrâ Historiâ. Jud. c. 11. vers. 26.* Quamvis non deesse videatur dicto Ammonitarum Regi, quod regerere possit Hebræorum Judici Jephthæ. Cæterum quæ à civilibus & maximè Canonicis afferuntur legibus ratione objecti, titulorum, fidei, quin & in eo, quod gentibus intercedit, jure, obtineat, dubium non est, nisi quod tempora differant; Illis enim certum, hoc immemorale requiritur. De bonâ fide quod dicitur ed extendendum est, ut quod ab initio vitiosum sit successu temporis non convalescat.

D

§. 11. In-

§. 11. Invalori certè semper resistendum, at non in omnibus. In iis maxime, quæ ad firmandum ipsum in iniquâ possessione faciunt, præsertim si sine gravi periculo id fieri possit. Juramentum si quod accessit, omnino est servandû, non tamen illud quod directò aut per consequentiam juri divino agnitæque repugnat fidei. Tanta enim est religionis ex sacramento vis, ut licet homini, cui juratur, nullum jus acquiratur, Deo tamen qui juratur. Nec defuit vindex Dei manus, quam Reges Israelitarum invocaverant, cum Regibus Babyloniis fidem sub jurisjurandi religione dederunt. Suum enim fuisse fœdus ipse ait Deus Ezech. c. 17. vers. 19. & 12. cum seqq. Fefellerat miseros Iudæorum animos, id quod non in occulto erat, summi Numinis iudicium, quo ipsos, magnorum criminum reos, emendandos Tyrannidi Babyloniæ mancipaverat. At illi perditam dum intempestivè repetunt libertatem, perjuri in Deum cum spe libertatis ipsam amittunt vitam.

12. §. Unicum est, an Imperium vi possessum vitio suo purgetur, si in alterius tertii manum perveniat? Quantum ad privatorum res constat jure Civili vitium corpus sequi & semper vindicari posse, etiam ab iis, qui bonâ fide possident, habitâ fructuum & impensarum ratione. De jure gentium cum eadem sit ratio, eadem est dispositio. Hinc Rex Ammonitarum non iniquè videbatur reposcere terras inter Arnonum & Jabocum, & ab Arabum desertis ad Jordanum sitas, quarum possessio ab ipso Moabitis bello forsitan injusto (ut erant mores illorum populorum) primo ad Amoræos, & postmodum ab Amoræis ad Israelitas transferat. Latebat hominem paganum divina promissio, quæ Abrahamo & posteris debebantur tot gentilium, idololatrarum, incestuosorum in ditiones suis purgandæ sceleribus. At interrumpendæ præscriptioni idem præstant jure gentium protestationes, quod civili litisco ntestationes, & hodierno solè citationes.

13. §. Non hic recensibimus totius orbis litigiosam possessionem, quam Bartolus veterum Jctorum facile Princeps, nescio quomodo Imperatori, & alii Papæ aut Ecclesiæ tribuunt sub prætextu paganismi, incredulitatis, hæreseos, vitiorum, scelerum, naturalis servitutis, aut spei vaticiniorum implendorum fertiliorisque soli. Ayala. l. 3. n. 29. Quamvis & omnia hæc in consultationem de bello veniant, si non sub ratione justæ, utilis tamen.

14. §. Minè quantum possint in causâ momenti superius dictum.

dictum est; Nec dubium est, quin inter Reges populosque tantum valeant, ut jus præveniendi certum dent, maximè si non solis verbis aut literis, sed & re ipsâ, foederibus, auxiliis, &c. certissimus, & qui in constantem virum cadere potest, metus inferatur, aut negando titulum, insignia, regalia, controversia moveatur possidenti. Sanè si ab eo procedant, cui non vana absque viribus ira, sed in præsentia executio, minor est difficultas. Nec enim quis primum, quod ajunt, ictum expectare tenerur. Melius est prævenire quam præveniri. Nec videtur hoc casu necessaria esse Clarigatio. Nam privatus, qui privato machinatur & struit insidias, stolidè diceret se injustè impetum ab altero, quod provocatus non esset. Quod ipsum non ad principales solum sed & accessorios spectat. Diffidato Principe diffidatos ejus esse adherentes ait Baldus. Et Ætolos sibi ipsis bellum indixisse ait Livius l. 36. cum se Antiocho adjunxissent. Non convenit, novâ indictione opus esse in socios quod vult magnus ille Grot. l. 3. c. 3. n. 9. Quod enim Manlii in Gallo-Græcos & Cæsaris in Ariovistum bella justa negantur, ex eo est, quod à privatis gesta videntur, nec Reip. Romanæ consensus requisitus, quippe, cujus fuerat consulere, vindicari an remitti injurias magis expediret Reip. Ipso enim magni nominis Grotio fatente, non necessaria Fœcialis autoritas erat, ne quid clam aut dolo, sed ne quid privato ausu ageretur. Deinde, ut deliberaret qui petitur, contendere mallet an cedere, perinde uti in civilibus judiciis actionem edere in jus vocato necesse habebat actor l. 1. ff. de Edendo. non tamen ei, qui expressè præveniendò, aut tacitè diffamando prior ad Judicem provocaverat.

15. §. Metus ubi locum faciat litigiosæ possessioni videndum. Et certè moribus nostris tantum sibi indulgent timendo Reges & Principes, ut & putent justè se petere eos, à quibus ne petantur metuunt. Quasi verò licitè prior injuriam facere debeas, quam nisi feceris, pati possis. Clearch. apud Xenoph. Multos ego novi qui calumniâ aut suspitione adducti, dum metuunt alios & prævenire malunt quam perpeti, atrocissimis malis eos affecerunt, qui nihil tale facturi fuerant, ac ne cogitaverant quidem. Sic Cæsar cum Remp. occuparet, dicebat, se adversariorum metu eò adductum. Appian. Civ. 2. Verum, metus ut justus sit non sufficit potentia nocendi in adversario. Animus est, qui offensam meditatur, de quo si non constat, injusta erit offensio. Periculum ut antevertamur violentè, necessaria est ea certitudo, quæ in materiâ morali locum habet. Incer-

tus ille metus ex potentiâ vicini, non dat nobis certum jus ultrò metum inferendi. Inter os & ostiam multa cadunt. Pacationibus, fœderibus, & aliis remediis utendum adversus eos, quorum suspectæ videntur machinationes. Præsens periculum idque omnimodo certissimum requiritur, quale cum fugâ aut contrariâ manu certò averti non possit, impunitas conceditur privato invasorem occidendi, scilicet cum salvo altero, salvus ipse esse non possit.

16. §. Est autem certissimi metus tanta apud gentes vis, ut etiam locus qui alteri pleno jure acquisitus, inque solo est pacato sub litigiosâ veniat possessione. Si enim verissimum sit, hostem eum tanquam sibi opportunum, invasurum, & exinde irreparabilia daturum damna, præoccupare licebit. Sic Livius *Ennam*, dicit, *aut malo aut necessario facinore retentam*; quod ipsum & à Batavis superiori seculo factum constat. Et hoc quidem jus ex summâ necessitate & utilitate innoxia remansit, ut ut à communione per distinctionem dominiorum recessum sit. *Quidni*, inquit Cicero, *de officiis*. 1. *quando sine detrimento suo potest, alteri communicet in iis, quæ sunt accipienti utilia, danti non molesta*. Sed hoc non, nisi ad nudam loci custodiam extendendum sub fide restitutionis, quâ de damno infecto caveri poterit, aut pignoribus aut obfidibus. Vid. laudatiss. Grot. *de I. B. & P. l. 2. c. 2. n. 10. 11.* Hæc ferè sunt ea, de quorum litigiosâ possessione inter Reges populosque controversi solet. An semper conducat videamus.

17. §. Christus sanè, perfectissimum omnium virtutum exemplar, uti litigaturo de pallio & tunicam concedere jussit, ita & de levioris jacturæ rebus bello interdixit. Plutarchus in *Numæ vitâ*; *postquam*, ait, *justè posse suscipi bellum decrevissent faciales, consultatum in Senatu, an ex usu esset suscipere*. Plerumque enim piium magis est rectumque de jure suo cedere. Litigaturis rixæ, damna, sumtus, offensæ, dubius denique eventus in consultationem veniunt. Tanto major in bello deliberatio, quanto bellum lite est nocentius. Sæva res bellum est, trahitque secum cumulum iniuriarum & insolentiæ. Multum sibi potentia adversarii, propria infirmitas, vis fortunæ, & mars utrique communis vendicant. Cræsi imprimis fatum, ut & infinita historiarm exempla satis edocent, nil humani alienum esse ab iis, qui belli subeunt aleam. Euripides de Græcis civitatibus:

De

De morte quoties itur in suffragia, Quod si in Comitibus funera ante occu-
 Nemo imminere mortem putat sibi, los forent,
 Sed quisq; cladem destinamus alteri, Furiata bello non perisset Gracia.

18. §. Antequam itaque ad manus deveniat tentanda amica-
 bilis compositio. Venuit Terent. *Omnia prius experiri, quã armis sapien-
 tem decet, qui scis, an quæ jubeam, sine vi faciat?* Huc spectat caduceato-
 rum & legatorum opera, quin & vicinarum potestatum interpositiones.
 Maximè enim est Christianorum Regum, quin & utile & necessarium,
 ut controversiæ aliorum, per eos quorum non interest, definiantur. Me-
 diatores hi dicuntur, quin & Proxeneræ, Schneidw. *ad §. 1. Inst. de Arb.*
num. 30. qui sunt amicales dissentientium partium conciliatores. Olim
 fœciales Romanorum hoc habebant munus, & Gallorum Druidæ,
 Item Iberorum sacerdotes, quibus utinam hodie succederent Episcopi!
 Salutaris opera hæc est, quam quotidie navari videmus feliciori utinam
 successu. At cogi partes posse, ut pacem æquis conditionibus ineant,
 tantum abest, ut persuaderi nobis possit, ut & credamus justam ex hoc
 oriri belli causam. Cum enim Judex partes litigaturas, quas nec ipse,
 nec per Commissarios conciliare valuit, jus suum ut compensent aut re-
 mittant, cogere non possit, sed ipsis viam juris aperiat: Quamò minus
 illi, quorum nullus Judex, nulla superior potestas, adigi poterint, ut de
 suo alter alteri remittant jure. Præterquam enim quod difficilis sit in-
 ventu via, ac medium illud, quibus neuter læsus dicatur in transactio-
 nibus, non eadem est omnium, ejusdem injuriæ, damni, jacturæ, quin
 & affectionis taxatio, aut estimatio, quæ jure Civili attenditur.

19. §. At quamvis populi Regesque Judicem suis controversiis
 non recognoscant, quin possint tamen voluntariè & suâ sponte consti-
 tuere, nec rationi nec Majestati adversatur. Spreta plerumque hæc est
 potentioribus via. At digna quam instent æqui & pacis amantes. Ini-
 quum enim est ad bellum venire, antequam spes omnis judicii obtinen-
 di perit, & injuriosum in eos arma sumere, qui ad arbitrium provo-
 cant. Arbitrorum jure Civili quatuor reperiuntur species. Prima est
 eorum, qui in genere dicuntur arbitri; His potestas quædam est, dispo-
 nendi de eâ re, de quâ agitur. *l. 2. C. mandati.* Secunda eorum, quibus à
 lege est potestas determinandi, ut sunt Judices Austregatum, de quibus
 supra. Tercia eorum, qui à Judice constituuntur non ad principale ne-
 gotium expediendum, sed ad negotium accidentale dijudicandum, &

D;

po-

potissimum ante litis contestationem *l. 9 ff. qui satisd. cog.* Quarta speciei
 rum qui Judices compromissarii dicuntur. Secunda & tertia species
 non hujus est loci. Prima & ultima inter Judices Regum poni meretur.
 Et siquidem viri boni arbitrium sit electum, quamvis juratum, modo
 partibus dubium sit, provocari poterit ad alium, qui de sententiâ, num
 satis conveniat boni viri arbitrio, pronuntiet. Arbitri compromissa-
 rii aut sunt jurati aut non. Priori modo omnino standum sententiâ, justa
 vel injusta fuerit. Culpa enim compromittentium argui potest in eli-
 gendo minus idoneo. Posteriori modo valet sententia, nec tamen in rem
 transit judicatam propter potentiam arbitri, sed propter adjectam stipula-
 tione pœnam. Quod si nulla pœnâ adjectâ, sententia post 10. dies ap-
 probata fuerit, jure Civili datur actio in factum, *l. 5. C. de Recept. arbit. &*
sententia dicitur laudum homologatum. Sed hoc arbitrium cum instar
 judicii sit, & stricti juris, quin momenti beneficium alterutri partium
 impertire possit non dubitamus, donec plenariè de causâ possessionis aut
 proprietatis cognoscatur. Quod enim privati inviti suscipiunt judi-
 cium, hoc consensu & nullo cogente publicæ potestates. At verò, an
 ad justum bellum sola sufficiat bona fides, aut requirantur amplius proba-
 tiones quibus convictus adversarius de possessione suâ cogatur decedere,
 Q? Et videtur sola bona fides sufficere, sufficiensque jus concedere, quo
 cogatur adversarius, dummodo & is in malâ fide sit. *secus quam putat. V. Grot.*
Less. Molin. Quod autem laudatiss. Grot. *l. 3. c. 20 num. 48.* negat per
 arbitros de possessione posse pronuntiarî, non ea videtur ratio quam ipse
 adducit, sed negata arbitris potentia illa superior, quâ cogi possent partes
 momentaneâ possessione cedere. Nam jure gentium quidem dominium
 sequitur eum, cuius est possidendi, id quod juris est, non vero cujus est
 sola possessio, quæ est facti. Nam & possidere & in possessione esse, differ-
 runt per superiora. Quin & ipso Grotio fatente *in not. ad §. 8. dist. tit. 22.*
l. 2. Julianus I. ejus nominis cum Severo, de Principatu Romano certante,
interdicto uti voluit. At interdicta sunt juris Prætorii & spectant
 possessionem. Apud Procopium Gothicor. 3. Gæpidæ Longobardis di-
 cunt; *eos qui stare in judicio volunt, vi impetere iniquum est.* Reliquis diffi-
 cultatibus per pœnas stipulatione adjectas, pignora, fidejussiones, iura-
 menta, obsides, &c. obviam iri, quin & cautio de non offendendo exigi
 poterit. De fructibus tempore momentaneæ possessionis, quid statuere
 velint, legalitati arbitrorum & partium pactis relinquitur. Potestates
 enim

enim summa, quamvis legibus non subsint, fervare tamen eas spontanea subjectione possunt. Tantum autem invaluit hæc arbitrorum electio, ut Græci dicantur avito more ad arbitros provocare. Magni sanè Principes pacis studiosi & bellorum osiores ita compromiserunt. Magnus, Rex Sueciæ sumptus arbiter inter Ericos duos Daniæ & Norwagiæ Reges. Arbitri sumpti inter Magnum Norwagiæ & Canitum Daniæ Reges, de utroque Regno certantes. Comes Holfatus inter Regem Daniæ & Fratres Judex fuit testante Pontan. *l. 7. hist. Dan.* Longâ serie memoriam eorum contexit Hugo Grot. in quibus immortalis fama stant Romanorum plerique, Græcorum plurimi, quin & Barbarorum non pauci.

20. §. Pactis conditionatis & sponsonibus quin itidem uti compromissis lis dirimi possit, extra controversiam est, modo utriusque partis in idem placitum sit consensus, quæ non videtur in Caribus & Militiade. *Nep. in Mil.* Certior sanè in Dario & competitoribus regni, quâ in hinnitum equi ejusque primum rejecta est de Regno Perfarum controversia. Sic ex Pythii Delphici oraculo, Junio Bruto ex osculo obvenit summa Regni Romani.

21. §. Sortis esse maximam utilitatem ex *ll.* constat civilibus. Sacratissimus Imperator Justinianus *l. 3. C. comm. de leg.* expressè sanxit, in dubiis fortunam judicem fore, & sortem inter altercantes adhibendam. *vid. l. 5. ff. sam. hercisc.* Tollit enim fors controversias, alit concordiam præsentissimâ definitione, in quam partes liberè consentiunt. Fuisse Hebræis admodum familiarem sortiendi morem ex plurimis *S. Scripturæ* locis apparet. Josua omnem occupatæ Palæstinæ terram forte divisit inter tribus Israël. Et sapientissimus Regum *Prov. c. 18. v. 18.* Magnatibus Judicis loco sortem esse, maximamque dirimere lites affirmat.

21. 8. Quod si ita placuerit summis potestatibus, nec deerit alius modus, ille nimirum, quo inter privatos juramento lis dirimitur. Alter alteri quin deferre possit dubium non est. Præcipuus enim juramenti effectus est, præcidere controversias. *Omnis Disputationis finis est juramentum*, divinus ut inquit scriptor ad Ebræos. Et Philo, *Dei testimonium est jus jurandum, de re, de quâ ambiguum & ultima fides inter homines, quam nulla delebit ætas.* Perjuri omninò sunt rei, qui de possessionis & territorii proprietate juraturi, sui agri glebas calceis immisere, tuto asserturi,

asserturi, terram, cui insisterent, jure pleno suam esse. Falli est nescia Divina Mens, & adest vindex Numen, secretum illud, quod solâ reverentiâ videmus.

23. §. Sanè, si res omninò dubia, & aut nulla aut ex æquo utriusque possessio iniquus foret, qui rei controversæ divisionem repudiaret. Grot. *l. 2. c. 23. §. 12.*

24. §. Hos, quos enumeravimus belli evitandi modos, quamvis utraque pars quærere teneatur, magis tamen quæ petit, quam quæ possidet, hujus enim causa semper melior. *l. in pariff. d. R. I.* Sed nec iis omnibus cessantibus ad bellum veniendum; Hoc enim summæ est necessitatis. At circumspectè attendendum, num quid terrore aut famâ, aut facili negotio res confici possit. Huc vulgatum illud: *Bella constant famâ.* In Epistol. Plinii est; *quod est pulcherrimum victoriæ genus terrore perdomuit.* Incluta est in historiâ sacrâ Israëlitarum fama, quâ ut plurimi alii, ita percussi Gabaonitæ salutarem subière cladem.

25. §. Unicum adhuc est evitandi belli medium, familiare admodum gentibus & probatum, tum quod Numinis supremi iudicium ipsi credatur occultò inesse, & tacita justæ causæ probatio, tum quod res sit minoris mali. Ex duobus enim malis, id quod minimum est, rationem habet boni. Quo spectant ea Caiphæ summi Sacerdotis & ex imprudentiâ Vatis, ubi de innocentissimi Salvatoris agebatur sententiâ. Apud Livium sic Tullum alloquitur Metius. *Ineamus viam, quâ utriusque imperent, sine magnâ clade, sine mutuo sanguine utriusque populi decerni possit.* Singulare certamen est quod volumus. Vid. omnino Agath. *de Francor. morib. l. 1.* Non autem id, quod privatis in defectu probationum & deductionis innocentie olim aut permissum aut injunctum. Omne enim illud cujuscunque sit generis, una cum ferro candenti, aquâ frigidâ aut calidâ abesse jubemus à nostrâ republicâ, quæ aut probationibus, juramentis, quæstionibus, aut aliis modis verum investigat, aut in dubiâ causâ reum absolvit. Quamvis non negandum justissimum Deum nonnunquam justæ causæ patrocinium miraculosâ potentiâ præstitisse; At ubinam se semper ordinariæ opi adstrinxit? Nulla de isthoc promissio. Periculosa sanè probatio, quæ sæpè innocentissimos fefellit, vid. *c. monomachiâ 22. c. 2. quæst. 5. Et tot. tit. extr. de vulg. purg. & quâ (quod Scripturæ est adversum, Deut. 6. vers. 16. Matth. 4. num. 7.) Deus ipse tentatur, cui tanquam cardiognostæ occulta judicicia permittenda.*
cap.

cap. consulisti e. 2. quæst. 4. Jamdudum enim operâ Diaboli elusa est vis ignis à prestigiatoribus illis circumforaneis, & in duellis qui plus valeret viribus, plus valeret causâ. Taceo, quod omnium judiciorum usus Magistratusque cessaret auctoritas, si singulis duello litigare permetteretur. Deplorandum sanè, Imp. Germanorum, Francorum &c. etiam post agnitam & datam Christo fidem tantum à vero tramite deviasse, tanquè parum Christianæ charitati dedisse. Otho I. Otho II. Henricus II. certè jusserunt & approbarunt. Conradus Salic. Saxonos & Pomeranos duello commisit, Pomeranis vicioribus. Decus Pomeraniæ nostræ Joh. Micræl. p. m. in Hist. Pom. l. 1. num. 51. Rotharis Longobardorum Rex, ejusque premens vestigia Fridericus II. in tantum non in totum recesserunt à pristini seculi moribus. Mansere semper paganismi reliquiæ in majoribus, quamvis Christianis. Joh. Stumph. Chron. Helv. l. 3. c. 29. in med. Longè alia ratio istius Monomachiæ, quam potestates summæ de rebus controversis ineunt. His enim, cum licitum sit bellare tanquam majus, quidni duello certare quod minus? Minori impendio hoc quam illud conficitur, hîc de unius, ibi de infinitorum agitur salute. Dion. in Othone: *multo satius iustiusque est, unum pro omnibus, quam multos unius causâ perire.*

26. §. Certatur autem vel ab ipsis personis principalibus, vel ab aliis eorum jussu certo numero determinatis, singulari, binario, ternario, denario, &c. Sed numquid justè? Mysterium est ac venerandum magis, quam ut exemplum nobis fiet, quod proprio sanguine redimere voluerit perditam humani generis salutem, Æterni Numinis Filius. Nam nec mitescere pœna, nec averti ira Patris poterat. Acceptam Deo ferimus vitam, quam & ipsi & patriæ debemus; Nam & huic nati sumus. Amplissimus hîc esset siliceret dicendi capamus. Sanè, verum si esset, quod Romani veteres & Græci voluerunt, quemque suæ vitæ esse summo jure Dominum, res expedita foret, & justa spe majoris commodi *ἀντροχέια*. Marcus Curtius in æternum vivit pietatis in patriam exemplum absque exemplo. Vivunt & fratres Philæni, ut ut delecta sit Carthaginis memoria. Juvenili ardore plena erat pietas, qua dilatorum finium causâ, sua sponte injussu superiorum vivi defodiebantur. Vivit Lycurgus moriendo, ut lætæ leges infinitas viverent ætates. Major Cædro salutis publicæ quam vitæ amor; Quamvis fallax Apollinis Delphici Oraculum, summi & veracissimi Dei subjeceret dispositioni.

E

tioni.

tionem. Sed repugnare rectæ rationi & sacris literis opponit Grotius (quod cum pace tanti viri sit dictum.) ob res quibus carere possumus alterius vitam impetere, propriamq; amittere. At verò hoc fit accidenti, alter enim ex alterius nece sibi vitæ pollicetur, vid. sup. fol. 29. §. 17. in fin. Et si pro rebus pugnare illicitum, [quod tamen & ipse Hugo Grot. vener. memoriæ, non omnibus modis negat] & ipsa jam bella publica pro rerum possessione & proprietate illicita forent. Taceo, quod laud. Grot. l. 2. c. 1. §. 8. & 9. vitam propriam postponendam vitæ illius, qui publicè valde utilis, idque ob legem dilectionis, ipse confiteatur. At regerit Grotius: in Deum peccare & in se ipsum injuriosum esse, qui vitam maximum Dei beneficium tam vili æstimat. Sibi ipsi videtur contrarius. Præterea enim, quæ supra adduxi & quæ de morte Samsonis annotavit sacer Codex, eadem hæc ratio bella publica infringeret. Idem est, quoad vitam, periculum belli & duelli, quin & minus duelli, ex quo victoria si non incruenta sæpe non feralis. Victus enim non solum est, qui animam simul & arma, sed qui alterutrum amittit. Hinc occidendus pro occiso habetur, quippe cujus vita in alterius manu. Hinc illa veterum: manus dare, porrigere herbam, certa victoriæ documenta. Ennius. *qui vicit victor non est, nisi victus confiteatur.* Camerar. in bell. Ven. & Austr. l. 2. hor. subci. c. 20. In duello Antonii Mariæ Venetorum Ducis filii, & Johannis Comit. Senneberg. è gente Dapiferorum Walpurgensium, narrat, *signum victoriæ fuisse, si victus exclamaret S. Catharina nomen.* Dignus est locus qui legatur. Sic circulum esse terminum, quem qui excederet, haberi pro victo, inter nonnullos ex pacto placuit.

27. §. Minus dubium est, de justitiâ Monomachias, si aliàs maxima clades immineat ex victoriâ ejus, qui injustam causam fovet. Præstat enim probabilis spes boni certo malo, cum & dubius sit hujus certaminis eventus.

28. §. Certatur autem vel à subditis jussu superiorum, vel ab ipsis superioribus. Plena est historia Romanorum & Græcorum exemplis, quæ adducere non vacat. David 1. Sam. 17. vers. 30. maximo cum justitiæ divinæ documento diremit de Imperio Palæstinorum & Israelitarum controversiam, trucidando immanis stature & proceritatis gigantem Goloathum, pactus insuper ex victoriâ R. Saulis filiam. Superiori seculo cum Maria Anglica inauguraretur, armatus per fœcilem exclamavit eques: Mariam se pro verâ & legitimâ hærede agnoscere, qui
contra

contrà dicere auderet, cum eo se duello decreturum, projectâ chiro-
 thecâ in signum provocationis, semel atque iterum mentas per aulam di-
 spositas circumvixit, & tandem Reginâ salutatâ, & nemine reclamante
 poculo donatus aureo discessit. Thuan. *Hist. l. 13. ad Ann. 1553.* Non ad-
 do Curiatios & Horatios, aliosque quorum longa series apud Historic.
Vid. Zeiller. rer. Tragic. l. 4. cui add. Joh. Stumph. Chron. Helv. l. 8. c. 6.

§. 29. Reges ipsos, cum singulis congregari singulos num expedi-
 diat, controversum est. Apud Dion. Halicarn. *Metius ait, non ini-
 quum fuisse, ut ipsi Principes rem inter se disceptarent.* Ap. Virg. *Æneid.*
11. Æquius huic Turno fuerat se opponere morti. Ad sanctiora sunt Re-
 gum capita, quam ut istis discriminibus objiciantur. Lucan.

*Cum tot ab hâc animâ populorum vita salusque
 Pendeat, & tantus caput hoc sibi fecerit orbis
 Savitia est voluisse mori.*

Hinc salus Davidis pluris æstimatur, quam aliquot millenorum
 capita. 2. *Sam. 21. vs. 17.* Et Ericus VI. R. Dan. quod nimium amans
 periculorum, vitæque prodigius videretur, arctius à suis observatus. Saxo
 Gramm. *hist. Dan. l. 14.* Sed hæc verissima sunt ubi Regum calamitas
 insignem cladem subditorum secum tractura videtur, aut res imperii,
 de quâ certatur non est in patrimonio Regis, nam eo casu populi con-
 sentus, ut & aliàs successorum desideratur. At si controversiæ solas
 spectent directò Principum personas, subditorum per indirectum,
 minor est difficultas. Carolus V. Francisco G. R. provocanti re-
 spondet; *libenter duellum accepto, Christiani orbis gratiâ ut effusioni Chri-
 stiani sanguinis parcat, & huic nostro dissidio finis fiat.* Idem Romæ
 Paulo Pontifici, Cardinalibus affirmavit; *rationi esse consentane-
 um, ut bella quorum autores essent, suo potissimum sanguine termina-
 rentur:* Familiaribus autem referente Ballaco *en son prince Chapitr.*
*20. pag. 238. ed. Par. Anno 1612. in 8vo. non aliud dari remedium sopiendi
 publicas calamitates, quam ut Franciscus, præter id quod sit, fiat Imperator
 (quo pacto non fatisliquet) & Rex Hispaniarum, se excluso, aut ipse
 altero remoto regnum Gallie suis annecteret ditionibus.* Nulla hîc in Ca-
 rolo culpa. vid. Lymn. *in annot. ad proëm. Carol. V. num. 56. cum seqq.*
 Successu destitutum est hoc duellum, perinde ut illud quod ab ipsius
 avo materno Ferdinando Arragonio inditum Lusitan. Regi Alphon-
 so. Navigationes Indiæ Batavorum veram narrant duorum Indorum

alterum Peru alterum Annæ Regum pugnam: *Sclopetis, arcubus & gladiis certatum fuisse; Annensem devictum, ipsiusque Elephantem (singulis enim uterque ex pacto insederat) ex dolore lacrymasse, & totis quindecim diebus cibo abstinuisse. part. 2. duce Stephan. vom Hagen ad Annum 1603. Wermundus Danorum Rex, qui secund. Suaning. ad Annum M. 3650. Alexandro M. coævus, injuste cum peteretur à R. Saxone, filium Ulfonem seu Olaum, cum filio Saxonis & altero aliquo fortissimo commisit ipse flumine periturus, (pontis enim insederat, oculis orbis, animo spectaturus certamen) si filius cecidisset; Locus pugnae fuit insula in fluviò Holfatiæ Eidero. Victori filio senex illacrumavit S. Gramm. *hist. Dan. l. 4. add. Ola. Worm. monum. Dan. l. 1. c. 9. circ. fi.* Infinita apud historicos horum certaminum invenies exempla, si adieris præter Grovium, Alciat. *d. sing. certam.* & pecul. Dni. Ludwel. *disfert. d. Duello.**

S. 30. Quamvis autem non desinat, qui abnuerint provocari, laudati exinde à scriptoribus. Si tamen propriam pluris quam subditorum salutem æstimaverint, tanquam longiori bello cladibusque numerosioribus hostem contumturi, nescio an non tanquam effusè prodigis humani & subditorum sanguinis, regno fuisset interdendum. Genera armorum, loca & ritus horum certaminum diversa apud diversos reperies. Si autem a quo Marte, quod nonnunquam evenit, utrimque discessum, res eodem, quo ante fuit, loco manet, & ad nova certamina aut pacta deveniendum. Hæc sunt quæ ad bella, ex litigiosâ possessione ortura, præcavenda in mentem venerê, pluribus exemplis & allegatis usus fuisset, si per suppellectilem librariam & institutum licuisset, Ceterum ubi iis, quæ addiximus, locus non est, apertò itur Marte, & quæ nec Civilibus, nec Pontificiis, nec publicis, aut populorum canonibus solvuntur, instar nodi Gordii,

Omnia nitato solvuntur jure Canonum

Quibus avertendis ultima hæc superfunt, pia piorum ad Deum vota, subditorum preces, & omnium indistincte vitæ emendatio; & sic Disputationis nostræ

NON ITEM.
GLORIÆ DIVINÆ.
FINIS ESTO!

COROL-

COROLLARIA.

1. *Judex ab omni juris & facti infamiâ purus sit. Turpe enim est, cum culpa redarguit ipsum.*
2. *Judex comprimât affectus, nec privatam publicè ulciscatur injuriam.*
3. *Imperitus legum in arduis non est Iudex, nec multitudo vocorum imperitis legum sententiam justificat.*
4. *Fallit si simul adsint juris periti, non item, si illi certis de causis, Præsidi cognitis, Collegium subterfugiant.*
5. *Iudex domesticus recusari poterit.*
6. *Iudex suspicionis causâ recusatus, aggravat suspicionem, si obstinatè cedere nolit.*
7. *Iudex qui dicta testiû, quæ jurata deponuntur, limitat suspectum se reddit.*
8. *Præsides Collegii, pœnam perjurii, perjuro ut ut conjuncto, insciis Assessoriibus non potest remittere.*
9. *Iudex reum trepidantem & tergiversantem futuriq; perjurii suspectum, in propriâ non admittet causâ, ubi per alias probationes, de veritate.*
10. *Facilitas jurandi, levitatis index. (constare poterit.)*
11. *Perjurus non est civis, si neglectâ primâ instantiâ ad superiorem ierit, ut ut in statuta juraverit.*
12. *Primâ instantiæ finis est definitiva. (secum trahit.)*
13. *Omne iuramentum humanum, defectum fidei, & labeculam aliquam*
14. *Iuramenta ab utrâq; parte decisoria absq; perjuro præstari non possunt.*
15. *In causis summaris ubi probationes recipiuntur ad informationem Iudicis, sufficiunt attestata, licet injurata.*
17. *Propriam turpitudinem nemo tenetur allegare.*
18. *In Processu, licet summario, non deneganda sunt ea, quæ tanquam essentialia ex jure gentium & natura requiruntur, videlicet justa rei defensio, contraria probatio &c.*
19. *Iuramentum Academicum quoad certa capita saluberrimè remittitur Studiosis tanquam facilè perjuris.*
20. *Iuramentum urgere, tot millibus, (quin & ipso iudice olim) in eodem genere perjuris, est admittere perjuriam & punire.*
21. *Non videtur ambire civitatem, qui incertus est domicilio.*
22. *Non censetur dicta testiû aucupari, qui locum iudicii nunquam sibi visi curiosus inspicit, cum sciat ante, quid dicturi sint testes.*
23. *Iurisdictionem non videtur subterfugere, qui nondum civis, citatus com-*
24. *Malitiæ est summa, nolle jurare, nec iuramentum deferre. (paruit)*
25. *Iuramentû non decretat, quid id, cum remitti nõ velit, præstat, licet serius*
26. *Duobus testibus concurrentibus, altero seniore pro reo, altero juniore pro aëctore, causa rei prævalet.*

27. *Personae viles, contra honestas, non admittuntur testes.*
28. *Famuli in causis Dominorum, vix puberes non admittuntur licet iurati.*
29. *Vitiosum per aq; vitiosum non convalescit.*
30. *Unicus testis nil probat, nisi in gravissimis.*
31. *Non latitat, qui in conspectu est omnium.*
32. *Iudex absentis famam in iudicio sugillans, actione l. diffamari, & inju-*
33. *quin & sacerdos in suggestu injuriosus. (riarum conveniri potest.)*
34. *Non omne duellum est illicitum.*
35. *Causa causa non semper causa causati.*
36. *Denuntiatio absq; probatione nulla est.*
37. *Testimonium impuberis nullum.*
38. *Inermis contra armatos non presumitur turbas cedere.*
39. *Testium depositiones reo sunt exponenda, maxime si petierit.*
40. *Reus non confessus nec confessatus condemnari non poterit.*
41. *Causa condemnationis in sententiâ est exprimenda.*
42. *Contumax non est; qui absens ex causâ se excusat, & futurâ promittit*
43. *Sententia contra absentem non contumacem nulla est. (comparitionem*
44. *Injustè & nulliter facit Iudex, qui contra absentem, non contumacem,*
condemnatum exequitur, ut appellationem antevertat.
45. *Præses iudicii, in sciis Assessoribus, exi qui nequit.*
46. *Ab executione non potest appellari.*
47. *Appellatio stante pede in inferioribus iudiciis interponi potest.*
48. *Iudex injustè agit, qui sententia mitigandâ aut restitutionis in inte-*
grum spem facit, ut tempus fatalium intercipiat.
49. *Iudex superior ad inferioris literas, de justitia futura sententia non re-*
scribens, censetur sententiam improbare.
50. *Cui non licet id quod minus, non licet quod est majus in eodem genere.*
51. *Episcopus loci regulariter est scholarium iudex, non item Patronus.*
52. *Scholares ad ipsum Imperatorem provocare possunt.*
53. *Iudex superior, cui certo constat de iniquitate sententiâ, antequâ appellatio*
devolvatur, ex officio nobili inhibere & restitutionem, in integrum manda-
54. *Cui licet id quod minus, licet etiâ quod magis in eodè genere. [re potest.*
55. *Iniquè petit actor, & qui ejus loco est, ut juris ordo & solemnia Processus*
contra se servantur, quæ ipse contra reum neglexit, cum, quod quisque
juris in alium statuerit, ut & ipse utatur, necesse sit.
56. *Injustè & de factò spoliatus à Iudice inferiori, de factò à superiore resti-*
57. *Interpositâ & pendente appellatione nil innovandum. (tuendus est.)*
58. *Notarii publicam merentur fidem.*


F I N I S,

34. Knorr, de eo quod iustum est secundum observantiam
cothoricensis circa jus Sabellarum
35. Knorr, observationes ad prooemium Institut. F.
Justiniani imp.
36. Strucos, de con. et disconvenientia juris romani et
statutarii versutensis in materia successione conjugum ab
intestato.
37. Strucos, de testamento privato solemniter, praesertim
scripto, sine clausa.
38. Strucos, de eo quod iustum videtur circa appellati-
onem a statibus imperii evangelicis ad imperatorem in
causis ecclesiasticis.
39. Schefer de fama.
40. van Beveren, de probationibus.
41. Pertsch, de revocatione actuum valide et legitime
celebratorum.
42. Poppel, de commodis incertitudinis.
43. Poppel, de actibus contractibus vulgo adijci soli-
ta.
44. Olearius, de patientia iudiciali.
45. Boorn, de communicatione peregrina inter
Choricosum casura.
46. Schroeder, de iuribus mulierum in concursu credi-
torum ratione allodii et feudi.

47. Boerzell. De necessitate et usu philosophiae practicae
in studio juris.

48. Boeckelmann De momento ejusque causa.

49. Anglius exceptionem excussionis extraneo possessori
competentem a





Coler, d. Pr. Exec. p. 3. cap. 2. n. 20. Unde hu-
siones judiciales (extrajudiciales verò non pro-
loco probationis habentur Zas. in l. 1. n. 5.) ex
lum rediguntur, item instrumenta in judicio
recognita, aut publico sigillo munita, contrac-
brati & pro more in libros publicos, die C
(6) instrumenta à Notariò legitimè confecta
biir. tutel. Novell. 41. & 73. c. 8. l. 11. C. qui pot
lib. 2. cas. 17. n. 5. quicquid in contrarium pr
Svaretz. citati ab Umm. d. 25. th. 2. n. 12. (7)
dum homologatum. Afin. d. Execut. §. 1. c. 15.
tum litis decisorium præstitum Svaretz. in l. po
492. §. nota secundo n. 1 præterquam in casib
(9) Contractus juratus, quia juramentum si
Umm. disp. 23. th. 2. n. 12. (10) privata chyro-
cautiones, literæ cambiales, Wechsel, Wie
Kerbhölzgere / modo recognitio accesserit. O
Alle briefliche Urkunden / welche gericht
soll das Warth / wieder welche sie einbracht
Decis. Nov. 74. Per testes autem liquidatio-
da, cum cause hæ ventitentur in processu su
Imper. p. 3. c. 2. Item Sachen der Liquidati
p. 1. c. 1. n. 60 ubi testes non recipiuntur. Ide
de documentò à debitore subscripto & sigilla
blancà ab aliò confectò & extenso. Carpz. in
n. 49. seqq. nisi reus tales probet præsumption
fessionem contentorum sibi admittendus Carpz.
autem dicendum de instrumentis ad aliud sese
si quis C. d. Edend nisi sint confecta inter easde
lib. 3 Resp. 83. n. 67. add Dn. Schwend in
Membr. 1. c. 1. l. 1. b. c.

Theſ. XXI.

Notandum verò, liquidationem ab initio
accedente si iudicis moderatione, certam fieri
certam. Nam si certò jam constet de quantitate
schedà expressà eaque v. gr. modis superiori th

fes-
item
col-
ta &
tele-
elati
Ar-
och.
l. &
lau-
nen-
mp.
eptis.
dum
pha,
neæ,
ibi.
cht /
Add.
liqui-
tam.
cept.
dum
men
rt. 1.
dif-
liud
utb.
rpz.
p. 2.

stea (11
in-
onis
dita
sic

